




De authoritate verbi Dei liber Alexandri Alesii, contra Episcopum Lundensem.

<https://hdl.handle.net/1874/422192>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

L. Oct.

125




سیاه





E. oct.
123



STOKESLEY VAN LANDEN

W 8

E 8°123

Ex donatione H. Blasius

DE AVTHO

RITATE VERBI DEI LIBER

Alexandri Alesij, contra Epi-
scopum Lun-
densem.



A. M. D. XLII.



Digitized by srujanika@gmail.com

CLARITATE GENÉ

RIS, ET OMNIBVS VIRTVTI-
bus excellentissimo Principi Ioanni Fride-
rico, Duci Saxoniæ, sacri Rom. Imp. Archi-
marstallo, & Electori, Lantgrauio Turin-
giæ, Marchioni Misniæ, Burgrauio
Magdeburgensi, Mœcenati suo
clementissimo Alex
ander Alesius
S. D. P.



Ifi tu non magnis facis tua be-
neficia, princeps clemētissime
nec ut uulgus potentum, &
opulentorum solet, ideo te-
nuiores adiuuas, ut uelis tibi uel referri ali-
quam gratiam, uel celebrari tuam liberalita-
tem, ego tamen & ea, quæ in me contulisti,
facio plurimi, & quæ confers quotidie in
plurimos, admiror, & immortalibus laudi-
bus digna censeo. Nam postquam iam ex
alijs audiuisses me non malam operam na-
uasse in discendis sacris literis, tum hoc ipse,
ut suspicor, ex quadam concertatione scho-
lastica, in quam honorandorum nostrorum
studiorum causa ueneras magna cum admi-
ratione apud totam multitudinem literari-

A ij am, ti.

am, tibi persuasis ses, continuo cepisti me complecti amore & benevolentia. Deinde uero, cum & hoc resciuisses me Vuittebergam ex Scotia usq; uenisse, hoc est, à toto penitus diuisis orbe Britannis, ut ait Virgilius, ex ilio uertendi soli cauſa, nec ob aliquod maleſicium hanc mihi necessitatem esse impoſitam, sed quod amauerim puram Euangelij doctrinam, & profiteri ausus fuerim inter meæ gentis doctores, & Episcopos, qui eò uesaniæ deducti fuerant, ut censerent liberos diuinos ab idiotis & laicis, ut uocant, non debere tractari & legi, idq; ne fieret crudeli edicto sancirent, ibi ad amorem & benevolentiam addisti etiam auxilium, & me arum eruminarum leuationem, quæ & genus tuum ornatissimum deceret, & alijs partim spem faceret infinitam olim fore tuam liberalitatem, partim conceptam confirmaret, ac augeret. Nec sunt ij falsi, qui talia de tua Celsit, sibi sunt polliciti. Ab eo enim tempore nunquam cessauisti summis beneficijs afficere tuam Academiam, ac prorsus curare, ne quid ad honestum uitium deesset ullis, qui docent in quocunq; loco tuarum ditionum, siue in Ecclesijs, siue in scholis. Præterea multi sumptibus tuis inuitati sunt ad di-

ad discendas cum alias honestas artes, tum
sacrosanctā Theologiam, & in incepto cur-
su studiorum permanserunt. Ac possum
hoc sine rubore dicere, longe te maiorem di-
ligentiam adhibere, ne quid Ecclesiastico-
rum bonorum ad malos usus perueniat,
quam illorum quenquam, qui uideri uo-
lunt unice dignitatem, & utilitatem Ecclesię
defendere. Sed longe aliud est iactare mul-
ta, in ore habere crebro nomen Ecclesiae, ali-
ud præstare, quæ iuuent Ecclesiam. Non
est obscurum, quid faciant pleriq; Princi-
pes, quid Episcopi, quam rapiant ac deuo-
rent aliquando integros & opulentissimos
Episcopatus, & adeo non curent Ecclesias,
& miseros ministros, ut inueniantur alicubi
apud eos multæ prorsus destitutæ rectori-
bus, & instar nauicularum, quæ in alto pe-
lago iactantur, periclitentur. Et hæc ferè
præcipua nunc est summorum Episcopo-
rum uirtus. Vbi iam est Nauicula sancti Pe-
tri, quā usq; adeo celebrant tam ardenter a-
māt, tanto studio saluā, et in columē uolunt
scilicet? Et quis admouet ei manus medica-
trices? An uero est hæc nauicula cōetus ho-
mīnum purpuratorum, & uiuentium in
omni genere uoluptatum, etiam fœdissima

A ij rum

• P R A E F A T I O .

rum & indignissimarum quibuslibet hominibus, nedum Ecclesiæ proceribus? Id quidem ipsi putant, ac ita sunt insani, ut contentur hoc etiam eruditis, & saepe monitis persuadere. Sed haec missa facio, ne longius ab instituto abeam. Tuas uirtutes libet mihi hoc in loco exosculari, præcipue magnam illam pietatem, & raram in Principe, quæ coniuncta est cum ea liberalitate, quam ego nō semel sum expertus, & experiuntur quotidie mei ordinis homines multi multis modis. Pietas ita iam est nota, & sparsa per totū orbem terrarum, ut meis laudibus nihil indigeat. Liberalitas quanq; semper ueram pietatem comitatur, ut gloriam inuidia, si quis tamen adhuc de ea dubitare potest, aspiciat tantum Academiam tuam, & conferat eam cum alijs Germanicis Academis, haud dubie uidebit ibi doctorum hominum, & liberalium doctrinarum uelut quod dā Asylū. Vbi autē patet his rebus aditus, ubi est eis tā liber et facilis locus, ibi necesse est esse publicam liberalitatem. Sunt enim literati propemodū ij, quos hactenus monachi simularunt multis iam seculis, & non possunt nisi Principū et aliorum bonorum uitorum auxilio sustentari, cum partim nullas opes

las opes habeant, partim insinuant, quas ha
bent, cognoscendarum magnarū rerum cau
sa, & sic tanq̄ uouent paupertatē multo ho
nestiorem, q̄ religiosi, quos ita uocant. Hi
enīm aut nihil, aut exiguum relinquunt, &
ueniunt in maximas opes ex magna parte,
ac ut fuci de alieno se pascunt, nec prosunt
in publicū, aut serio discunt aliquam partē
literarū, tantum absument alieno labore, ac
sudore parta, simulant quandam pietatem,
ac imponunt imperitis, obscurant ueram re
ligionem, & Christum afficiunt grandi con
tumelia. Nostri uero uendunt propemodū
omnia quæ habent, ut est in Euangelio, &
dant pauperibus, hoc est, effundunt sua pa
trimonia in studium honestarum artium et
uirtutis, ut & ipsi deinde suam uitam bene,
beateq̄ transigere possint, & alios docere de
religione, de iustitia, de bono & æquo, de re
bus abstrusis in natura, & quarum cognitio
qualiscunq̄ maxime cōuenit homini per se
se, uel nulla utilitate sequēte. Sicut ipsum ui
dere per se delectaret, et esset iucundū, eiāsi
non haberet usum aliquē ea res, ut recte sum
mi philosophi docēt. Hoc uere est sua bona
fortunq̄ illa deserere, est uere sua sponte pau
perem esse. Quanq̄ enim sēpe magnas opes

A iiiij docti

docti assequuntur, ut quidē semper uisum
est equū esse bonis principibus, incertus est
tamen studiorū euentus plurimū, & magis
in nostris, q̄ in alijs artibus, quod mihi non
esser laboriosum copiose demonstrare, & fa-
cerē, si putarem opus esse apud tuam Celsit.
quę iam dudum hęc plenissime intelligit. Si
cut aut̄ de paupertate nostri ordinis homi-
nū nunc dixi, ita possem dicere de castitate,
& obediētia, quas res illi in primis iactant,
sed immerito nostro pr̄sertim seculo, et mul-
to uerius possem, quam ulli monachi. Quis
enīm facilius, & rectius caste uiuat, ac sedulo
pareat & Deo & naturę, et magistratibus, q̄
i, qui de grauissimis rebus, & ipsiſ virtuti-
bus edocti sunt, & omnē etatem in bonarū
disciplinarum, & honestatis tractatione &
meditatione consumunt? Sicut autē olim
fuerunt etiā ex altera parte, si tamen illi sunt
à nobis omnino separandi boni & honesti
monachi, nec Remp. aut ecclesiā grauarunt,
ita inter nos inueniuntur multi mali, et simu-
lati monachi, ut sic dicā, aut certe non satisfa-
cientes professioni suę. Negliguntur ſepe do-
ctiores & negligentiores, pigriores & indo-
ctiores euahuntur. Adeo nihil est tutū à per-
uersitate in hac humani generis imperfectio-
ne.

ne. Qua in re, qui pr̄esunt in Repub. pr̄ae-
 pue Imperatores, Reges & Principes aduigi-
 lare debebāt, ne quod apibus capiendū esset,
 hoc interciperent fuci. Alios cōmendant ina-
 nes tituli, alios cognationes & affinitates, a-
 lios amicitię, sed in hoc ordine monachorū
 nihil spectandū erat, aut ponderandum, pr̄e-
 ter doctrinā, probitatem & sedulitatē in la-
 borando, quod quia sit magna cura à T. Cel-
 sit. pulcherrime consulis tuis populis, & pa-
 ras tibi eternā gloriam. Non pateris, quan-
 tū in te est (possunt enim cælari te aliqua, ut
 non est mirum fieri in tanta regnandi mole)
 quenq; ociosum ali de publicis Ecclesię bo-
 nū, extollis bonos & eruditos, qui alioqui
 fortasse perpetuo iacuissent obscuri & con-
 tempti. Nihil dico nisi ex animo, nō didici
 adulari, & magis in alterā partem pecco, si
 quid pecco, qđ in istā, ac fateor me nulla ora-
 tiōe tuas laudes explicare satis posse, nec du-
 bito, quin & alia omnia tua, & ipsas laudes
 ad dei gloriā referēdas tibi esse iudices, & nō
 putes te ab honeste & laudabiliter faciendo
 unq; dū uiues, in ulla parte officij desistere
 debere, ὅντες γέγονται, ut egregie suos ciues mo-
 net Isocrates, οἰόντε γιγνεσθαι κατὰ τρόπου
 τοῖς μὴ καλῶς περὶ τῆς σιωπήσεως ὅλης

A V C E N S L E U

Εερελευμενοις. Perducēda est uirtus ad finē
et nulla in re, quantū in uobis est, deserī de-
bet officiū. In quacunq; enim parte aliquid
toti decesserit, ea facit, ut nō sit amplius to-
tū, & integrū esse nequit, ubi est quantū uis
exigua mutilatio. Non aut uelim hoc aliter
intelligi dictū, q; pro nostris uiribus, & au-
xilio diuino coniunctis. Huc enim huius vi-
te imperfecta illa perfectio referenda est, si-
mulq; & nihil indulgendū nobis, & identi-
dem implorandus est Deus, ut nobis adsit,
quęq; nobis desunt, eorum alia tribuat, alia
perinde habeat, ac si adessent, quę est eius cō-
suetudo in p̄hs, dum hic uiuunt, ac fuit iam
ab initio mundi. Et hæc quidem de tue Cel-
sū. cum alijs uirtutib; tum pietate pr̄esari
uolui, qua me traxit illa tua regia liberali-
tas, quo soles uti erga pios & literatos homi-
nes, et imprimis qua es erga me usus uberri-
me. Ut aut non uerbis tantum, sed aliqua si-
gnificatione magis ingenua tibi meam gra-
titudinem, & memoriā tantorum beneficio-
rum declarem, non potui nō sedulo cogita-
re, nec desī, donec uenisset mihi in mentem,
hoc scribendi argumentū, & in eo meus ani-
mus acquieuisset. Absoluī opusculum ante
quam huc me contuli, & cum suscepissem
hanc

hanc profectionem & mutationem in mea
uita, re non prius T. Celsit. indicata, alia mihi
deinde solicitudo est iniecta, & metui, ne
factum hoc meum esset tibi displicitum.
Quare non differendam esse editionem hu-
iis mei scripti, & q̄ initio destinara, tum ad
redditionē ratiōis ocij mei, tum ad testifica-
tionē gratitudinis, id etiam ad placationem
si quod nolim, essem offensus, usurpandū cen-
sui. Disputauit autem de authoritate uerbi
diuini, quod à Prophetis & Apostolis con-
scriptū est, dictante Spiritu sancto, & cōsu-
taui Lundēsis Episcopi, & similiū errorem,
qui nescio quod uerbū non scriptum, ut ip-
si appellant, cōmenti sunt, ac diuino illi præ-
scripto nobis par, imò superius haberi uo-
lunt, atq; ita prēponunt authoritatē suam,
authoritati uerbi diuini. Quæ tanta est blas-
phemia, ut maior excogitari non possit, a-
deo q̄ fundamentū aliarum omniū blasphe-
miarum illorum cōetuū, quod quid aliud
est, q̄ dicere cū Cyclope apud Homerum.
Νήτωσ εἰς ὁ ἔειμ, οὐ τηλόθει μὲν λέλασθαις,
οὐ μεθεούσκελεαι οὐ μειδέμειμ, οὐ ἀλέαδαι
δὲ κύκλωπες θεοί αὐγιόχθαλέγουσι μ
οὐδὲ θεῶν μακάρεων, οὐτεκόπολὺ φέρτεροι
οὐ σμέιμ.

Tales

Tales tam scelestas uoces, & impias detestari debent omnes, quibus & Dei gloria, & sua salus curæ est. Existimo autem usum esse me satis firmis argumentis, non modo ad confutandam aduersariorum ueræ doctrine temperariam impietatem, sed etiam ad probandam & stabiliendam uerbi diuini dignitatem & maiestatem, nec omisisse quicquam, quod ad breuem & simplicem huius naturæ tractationem pertinere videbatur. Mitto igitur ad Illustris. tuam Celsit. hunc libellum, & rogo te amplissime princeps, ut & accipias hoc munusculum, si ita est appellandum, hilari fronte, et mihi ueniam des, quod discessi Vuiteberga, te insalutato. Præterea caue, ne Alerium exulem & supplicem tuum desinas unq[ue] pro tua ingenita bonitate ac lenitate amare, & souere. Ego certe quoad spirabo, nunquam tuorum in me beneficiorum obliuiscar, nec desinam uitam & salutem tuam, & tuorum omnium Christo seruatori nostro commendare. Vale Princeps Christianissime. Datum Franciæ ad Oderam. Calend. Maijs. An. Domini M.D.XL.

De au-

DE AVTHORITA TE VERBI DEI.



Nte biennium scripsit Inchyto regi Scotorum patri meae patriæ, & questus sum de edicto quodam, quo Episcopi prohibebant lectio[n]em sacrorum librorū lingua patria. Respondi etiam Cochlei calumnijs, quem Episcopi conduxerant, ad expendum in me omne suum uirus. Nam Antuerpiæ eram cum popularis meus Johannes Fosterus mitteret per mercatorem Cochleo stipendium, quod quotannis ab Archiepiscopo Sancti Andreæ habebat, quam diu ille uiueret. Et Deus pro maximis sua bonitate, qua istorum hypocritarum impietatem detegit, ad manus meas perferri curauit Epistolam Cochlei missam ad Episcopum quendam Poloniæ, in qua queritur, se magnam iacturam facere suæ fortunæ in excudendis libris, quos nemo dignatur legere, &

14 DE AVTHORITATE

re & emendicat stipem ab Episcopis Poloniæ, addens se magnifice donatum esse à Rege Scotorum, & Archiepiscopo Sancti Andreæ, atq; Glasquhensi.

Quod nisi me patriæ, & Inlyti Regis amor dehortarentur, curarem excudi Epistolam unâ cum exemplo literarū Regis, quas ad Episcopum quendam Poloniæ misit. Et ut intelligat me literarum Regis exemplum habere, non dissimulat Rex Cochleus librum gratiorem fuisse propter commendacìas Regis Ferdinandi, & Erasmi Roterdami, quam propter studium & operam authoris. Taceo de alijs quæ sunt in ea epistola, nec hæc dixisse, nisi regem meum admonitum optarem, ut considereret, an Cochleus dignus sit, quem suis literis, & regio munere ornet. Huius sycophantæ, quem Episcopi ad me allatrandum conduxerat, cum uellem furorem declinare (nam præter male dicta mihi nihil respondit, & minatur se remissurum me, si possit ad Episcopos uinctis post tergum manibus) Cogitabam de solo rursus uertendo, maxime cum à præclarissimi mis Crumuello, et Archiepiscopo Canthuariensi essem in Britanniam uocatus, & raula se magis loco, in quo degebam, quam mihi

mihi, aut meæ cauſſæ irasci clare ſcripſiſſet.
Videbam Christum ceſſiſſe furori Iudæo-
rum, & ante fores alligatos ad latrandum ca-
nes dum nemo adest, conſileſcere, ac proinde
me ab huius polygraphi ſcurrilibus scripti-
onibus ea tum demum ratione ſecurū fore
ſperabam, ſi in Angliam concederem, & ob-
furdeſcerem ad ipsius iſtanos clamores. Nō
feſellit me opinio, uipera ſibilare deſiſt, &
ego non tantum ab Archiepifcopo, & illu-
ſtri Crumuello, atq; alijs ſummis & præ-
ſtantiffimis uiris, uerum etiam à generoſiſſi-
mo Rege amantiffime ſum exceptus, ac miſ-
ſus ad præclarām Cantabrigensem Acadē-
miam ad profitendum ſacras literas, ſed
Christi doctrinam crux ubiq; à tergo ſequi-
tur, & inuidit diabolus quietem Christo, in
cuius & eremo non eum deſeruit calumnia-
tor, donec ad crucem adigeret. Vix octauū
Pſalminus iſtic enarraueram, cum ſenſi iñſi-
dias hostis me uolentis rufſus inuoluere con-
tentioñibus, à quibus etiā natura abhorreo,
& eas ſummo ſtemper ſtudio fugi, tamen
nunquam meturpiter dedi Diabolo, nec un-
quam uſquam aliquid recantaui. Et cum
iſtic mihi de mea doctrina respondendum
eſſet, ueni ad frequentiſſimum auditorium

Academię

Academiæ, & Antagonistam aliquot horis coram multitudine expectauī, & quamuis ille à congressu, nescio quo consilio, abstineret, tamen tantam mihi confluuit inuidiam, ut palam aliqui mihi minitarentur mortem. Id cum ad Vicecancellarjum retulissem, ex summorum istic uirorum consilio, & uiderem eum ad ista conniuere, cessi & huic furori & loco, maxime cum intelligerem statuta quædam ab Episcopis, & senatu regni emissâ esse, quibus non reclamare esset impium, & quæ reprehendere seditionem diceretur. Non absterrebatur meo periculo, sed Cancellarius Academiæ, qui me ex mandato Regis eò miserat, non sinebat suorum quenquam loqui contra leges publicas. Quare cogitabam temporis seruendum esse, & uolebam prædicationem crucis cum professione Medica, cuius ante principia tenebam, commutare. Ideoq; contuli me ad Medicum doctissimum D. Nicolaum, qui Londini multos nunc annos exercuit Medicinam summa cum laude, ac fami liariter sum usus eius consuetudine aliquot annos, & multa uidi, multa didici, quæ in hac arte sunt etiam præcipua, ita, ut tandem à quibusdam amicis persuasus publice morbos

morbos etiam incepimus curare, ac non in feliciter, ut spero, haec res mihi successit. Sed id uerissime à Poeta dictum est.

Nescia mens hominū sati, sortisq; futurę. Necq; tamen sum in ea opinione, Deum alligatum esse caussis secundis, nec multum tri buo fato Stoico. Verum subinde magis, magisq; experior nō sine caussa scriptum esse in Genesi, Sydera à Deo posita esse in firmamēto cœli, ut sunt signa. Astrologi autem Iouem Marti iunctum, sinistre lunam aspiciētes significare nascenti certamina cum magnis uiris propter Religionem. Ego etiā mi nime fidem habeo prædictionibus Astrologicis, tamen sentio me habere magnos uiros propter religionem infensos, qui ante satis equi, & benigni mihi fuere. Sed hęc ut cuncti sint, præter omnem spem euenit, quod descendī rursus in eandem arenam, in qua ante sum luctatus, & cum iisdem propemodum aduersarijs, cum quibus non adeo dum manus conserui.

Nam ante m̄hi his erat cum popularibus meis Episcopis, & cum conductitio sy cophanta Cochleo, de lectione sacrorum librorum lingua patria. Nunc similis mihi incidit contentio cum Angliae aliquot Episcopis.

scopis, qui stant à partibus Romani Pontificis. Vtrum Christiana religio tota continetur in sacris literis, an pars eius tantum, & reliqua quærenda sit ex interpretum commentarijs, synodorum statutis, & decretis Pontificum:

Ad hanc disputationem casu quodam imparatus ueni, cum illustrem, & magnis cum virum Crumuellum tempore conuentus Regni, qui habitus est anno tricesimo septimo, offendisse in publico, euntem ad Synodum Episcoporum. Isenim ubi me uidit, accersi iubet, & secum ducit ad sacrū senatum, qui Vuestmonasterij conuenerat, illic inuenimus Episcopos congregatos, ad quos cum esset ingressus, & me secum duceret, assurrexerunt omnes proceres Ecclesiastici suo Vicario generali Crumuello, quibus ipse consalutatis summo loco sedet, è re gione Archiepiscopi Canthuariensis, qui Crumuello proximus tum erat in Politia Ecclesiastica. Hunc sequitur Archiepiscopus Eboracensis, post eum Lundonensis, deinde Linconiensis, Sarisberiensis, Badensis, Eliensis, Erfordiensis, Cichistrensis, Noricensis, Roffensis, & Vigorniensis, et aliquot alijs, quorum mihi nomina exciderunt, hi omnes

omnes ad mensam tapete stratam confederunt, astante Sacerdotum corona.

Tum illustris & amplissimus vir Crumellus Vicarius generalis regni, dominus a priuato sigillo, & summus ferenissimi Regis Secretarius conuersus ad Episcopos ait. Reuerendissimi in Christo patres, agit uobis magnas gratias Regia Maiestas, quod pro ipsius mandato citra excusationem huc ipsi conuenistis, nec uos latet, quod sitis uocati ad definiendum de controuersijs, quae hoc tempore, ut ubique gentium, ita etiam in hoc regno nostro agitantur de doctrina Religionis. Nam Rex cogitat summo studio de pacificanda Ecclesia, nec potest conquiescere, donec haec lites sint compositae ex uestra, & senatus regni sententia. Etsi enim maxime consultum cupiat ambigentibus conscientijs, ipseque pro excellenti sua doctrina satis intelligat omnes controuersias, tamen non admittit publicam mutationem, nisi ex uestro & senatus regni communi consensu. Quia in re & ipsius summam sapientiam, & maximum erga uos amorem cognoscere potestis. Ac proinde Maiestas eius hortatur, & orat per Christum, ut hostilia posita discordia, amanter inter uos de-

B ij tis in

tis in Ecclesia controuersijs disputetis, & ex uerbo Dei definiatis, omissa omnium sophistica, neq; enim permitteat eius Mai. manifestam scripturam eludi ex glossis, & legibus pontificijs, Patrum uel Synodorum auctoritate, multo minus admittet dogmata sine scriptura, & quæ probantur tantum ex ritibus, consuetudine, & uiritatibus, ut soletis uocare, non scriptis. Scitis autem uos hoc officium Christo, & Ecclesiæ debere, & nihilominus Regia Maiestas habitura est uobis summam gratiam, si piam & firmam concordiam constitueritis, quæ hac tantum ratione constituetur, si ex sacris literis iudicabitis, ut Deus uobis in Deuteronomio mandat, & Regia Maiestas hortatur & orat.

Talia cum grauissime perorasset Crumuellus, fuit enim acerrimo ingenio, & maxima prudentia, atq; facundia præditus, as surrexerunt omnes Episcopi, & egerunt Regiæ Maiestati gratias pro studio concordiæ, & hac exhortatione optimo & Christi anissimo Rege dignissima. Tum disputare cœperunt de Sacramentis. Hic Lundini Episcopus, qui erat acerrimus pontificiarum partium assertor, & quem Crumuelius nuperrime de ueritatibus non scriptis, nomi-

nominatim perstrinxerat, conatus est de-
fendere septem esse religionis nostræ Sacra-
menta ex consuetudine, & nescio quibus
glossis & scriptoribus, habuit suæ sententiæ
astipulatores, Archiepiscopum Eboracen-
sem, Linconensem, Badensem, Chichistren-
sem & Noricensem: Sarisberiensis, Eliensis,
Erfordiensis, Vigornensis, & alij cum Ar-
chiepiscopo repugnabant. Et cum diu de
scriptorum Ecclesiasticorum sententijs con-
trarijs, & pugnantibus contenderent, Archi-
episcopus Canthuariensis inquit. Graues
uiros non decet multum rixari de uocabu-
lis, modo de rebus constet, Sophistarum &
sycophantarum sunt ista, qui orbis discor-
dia delectantur, & dissipatione Ecclesiæ, nō
eorum qui querunt gloriam Christi, & stu-
dent pacificationi Ecclesiarum. Motæ sunt
iam grauissimæ controuersiæ non tantum
de Ceremonijs & leuibus rebus, sed de uera
sententia & differentia legis & Euangelij, de
modo remissionis peccatorum, de confir-
mandis ambigentibus conscientijs, qua ra-
tione certe reddi possint, se placere deo, cum
tamen uim legis accusantis de peccato, sen-
tiant de uero usu Sacramentorum, an iusti-
ficent ex opere operato ut loquuntur, an si-

B ij de opor-

de oporteat accipi. Item quæ sint bona opera, & ueri cultus qui placent Deo, an delectus ciborum, & uestium, uota monastica, & aliæ traditiones, quæ non habent uerbum Dei, sunt uera bona opera, & ut dicitur perfectio Christiana, an inutiles cultus, an humanæ traditiones obligent conscientias extra casum scandali. Postremo utrum ceremoniaæ confirmationis, coniugij, ordinis, & extremæ unctionis, que non possunt probari à Christo institutæ esse, nec habent ipsius uerbum de significanda remissione peccatorum, dicendæ sint Sacra menta, & Baptismo, atq; Cœnæ Domini cōferenda. Itæ non sunt res leuiculæ, sed summæ in doctrina Christiana, nec lis tantum est de uocibus, sed de maximis rebus. Christus ait: Beati pacifici, quoniam filii dei uocabuntur. Et Paulus iubet Episcopum fugere rixas, et pugnas uerborum, quæ ad nihil utiles sunt, nisi ad subuersionem audientium, & diserte monet, ut Episcopus resistat in sacris literis, cum de fide disputatur, & addit causam, cui ait. Hoc itaq; faciens seruabis temetipsum, & eos qui te audierint. Si hos monitores Christum, & Paulum auditis, missæ facientes sunt contentiones & pugnæ uerborum, & con-

& concilianda pia, & firma concordia ex sacris literis. Proinde initio constituendum est in hac disputatione de numero Sacramentorum, quid significat Sacrementum in sacris literis, & cum uocamus Baptismum, & ἐνχρεαῖς αὐ Sacraenta Euangeli. Scio ego ablutionem pedum & alia quædam uocari Sacraenta ab Ambrosio & alijs authoribus, quæ nec uos etiam alijs Sacramentis annumerari patiemini.

Hæc grauissime, sicut est incredibili modestia, & suauissime hortabatur Archiepiscopus, ut mihi tum in mentem ueniret, quod est apud Homerum de Nestore.

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσῃ μέλυτος γλυκίων φερεῖνδι. Et quia hanc Archiepiscopi orationem admodum mihi placere, nescio quoniam, significabam. Sicut enim ille de crimen dicit, ita ego uere possum dicere. O quam difficile est studium non prodere uultu. Iussit me illustris Crūuellus dicere, quid de hac disputatione sentirem, præfatus tam ad Episcopos, me esse Scholasticum Regis, ac proinde petebat, ut me æquis animis audirent.

Hic ego scholarū more magis quam pro aulica urbanitate, exhibito signo reuerens.

B iiiij tiae

tiæ genu flexo, ut decuit, ἀνεύ προστιμίων,
ut Atheniensibus lex erat, cœpi dicere, Illu
stris, & amplissime domine, uosq; reueren
dissimi Pares & proceres Ecclesiastici, & si
impræmeditatus uenio ad hanc disputatio
nem, tamen Christi auxilio cōfisus, qui pol
licetur se daturū os & sapientiam, cū de fide
rogamur, dicam meam de hac disputatione
sententiam. Viderunt autem mihi Archiepi
scopus utiliter monuisse, ut de Sacramenti
significatione initio constituatis, utrum ue
litis uocare Sacramentum ceremoniam in
stitutam à Christo in Euangelio, ad signifi
candam præcipuam uel unicam uim Euan
gelij & pietatis. Siçut Paulus uocat ipsam re
missionem peccatorum, an quamlibet Ceri
moniam in genere, quæ sit sacræ rei signū.
Nam in hac posteriore significatione facile
permittā septem, aut si adhuc plura uultis,
esse Sacraenta. Sed tñ Paulus iuxta priorē
acceptiōnem uidetur definiuisse, cum ait, cir
cumcisōnem esse σημεῖον οὐ σφραγίδας
καὶ στήνης τῆς πίστεως. Hæc indiuīdū defi
nitio ad speciem pertinere intelligenda est,
propterea quod Iudgiū unū tantū habebāt sa
cramēntū, ut omnes etiā scholasticī fatentur.
Neq; aliter definiit Baptismū ad Ephe, quin
io, cum

to, cum ait, Christum sanctificare ecclesiam, hoc est, singulos baptizatos per lauachrum aquæ in uerbo uitæ. Nam hic etiam ceremoniæ addit uerbū Dei, & Christus quoq; fidem requirit, qui crediderit inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Ad hunc modum definit Augustinus, cum ait, accedit uerbū ad elementum, & sit sacramentum, & rurus Sacramentum est, in quo diuina uirtus, sub tegumento rerum uisibilium secretius salutem operatur, necq; aliter definit Magister i. D . iiij . Sententiarum. Sacramentum inquit, est inuisibilis gratia, uisibilis forma, & ipse hoc exponit de gratia gratum faciente, uel de remissione peccatorum se loqui. Postremo beatus Thomas negat puri hominis officium esse, instituere sacramentum.

Iam si conuenit de hac definitione Sacramenti, facile est iudicare de ipsorum numero, que habent manifestum uerbum, & sunt instituta per Christum ad significandam remissionem peccatorum. Augustinus tantum duo numerat ad Ianuarium, Epistola cxvij. Huius uerba sunt. Primum quidem tenere te uolo, quod est huius disputationis caput, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in Euangeliō loquitur,

B v leui

Ieuī iugo nos subdidisse, & sarcinæ. Vnde Sacramentis numero paucissimis, obserua-
tione facillimis, significatione præstantissi-
mis, societatem noui populi colligauit, qui
sunt baptismus trinitatis nomine consecra-
tus, & communicatio corporis & sanguinis
Domini, & si quod aliud in scripturis cano-
nicis commendatur, exceptis his, quæ serui-
tutem populi ueteris, pro congruentia cor-
dis illorum, & Prophetici temporis onera-
bant. Et in libro ij. de doctrina Christia-
na scriptura pauca quædam signa tradidit,
sicut est baptismi Sacramentum, & celebra-
tio corporis & sanguinis Domini.

Hæc uix me absoluere passus Episcopus
Lundensis, falsa sunt inquit, quæ asseris, om-
nia Sacmenta instituta esse per Christum,
uel habere manifestam scripturam, uel signi-
ficare gratiam gratum facientem. Tum ego
hæc omnia non modo ex scriptura, uerum
etiam ex Patribus & Scholasticis uera esse
conuincam.

Sed Erfordiensis Episcopus, quem pro-
pter singularem prudentiam & doctrinam,
Serenissimus Rex charissimum habuit, &
qui nuperrime ex obita in Germaniam lega-
tione redierat, commotus ex Lundensis pro-
teruia,

teruia, Noli inquit Alexander diu cum eo contendere de Patrum & Scholasticorum sententia, nosti eos sepe inter se pugnare, neque sibi ipsi satis constare in ullo dogmate. Nulla relinquitur spes concordiae, si ipsi defetur iudicium de his controuersijs, & nobis à Serenissimo Rege est mandatum, ut ex sacris literis disputemus, ac cōuersus ad Episcopos breui, sed arguta oratione usus est. Nolite inquit putare, nos posse per sophistam, rursus eripere lumen mundo, ad quod iam omnes apertos tenent oculos. Ita Christus hoc tempore denuo illuxisse orbi uidetur, ut lumen Euangeliū densissimas fugauerit tenebras, & breui superabit, nobis frustra renitentibus omnem caliginem. Notiores sunt sacri libri prophanis nunc hominibus, quam multis nostrum. Et Germani tantum cum felicitate atq; facilitate reddiderunt ex fontibus Græcæ & Hebraicæ linguæ biblias, ut multa sine glossis melius iam intelligantur, quam ex omnium omnibus commentarijs. Præterea illustrarunt suis scriptis has controuersias, ut mulierculæ, & puéri mirentur priores tenebras, & Sophistam. Quare uobis serio cogitandum est, quid de his cōtroversijs statuatis, ne expontis uos

tis uos mundo ridendos, & detrahatis ipsius
uobis pietatis ac doctrinæ opinionem. Sic
enim & authoritatem, & existimationem a-
mittetis apud eos, qui antea uos pro doctilis
simis, & de Repub. Christiana optime me-
ritis habuerunt. Nam quod uos speratis, ni-
hil est, nullā antehac hæresim in Ecclesia tan-
tam extitisse, quam nō temporis longinqui-
tas, & pontificum potentia sustulerit. Sed
contra statuendum est, nihil tam infirmum
esse, modo uerum sit, quod contra mendaci-
um locum, ubi consistat, non inueniat. Ve-
ritas temporis est filia, & tempus parens ue-
ritatis. Quod à ueritate oppugnatur diu-
turnum esse nō potest, & à quo ueritas stat,
id temporarium atq; caducum uideri non
debet. Non omnia posita sunt in eloquen-
tia atque potentia. Est enim ueritatis tan-
ta uis, ut neque dicendo defendi, nec q; ui-
bus superari possit, sed cum dilituit diu, e-
mergit tandem, & sicut Eldre habet, fortis
Rex, fortius uinum, fortiores sunt mulieres,
sed super omnia uincit ueritas.

In hanc sententiam multa grauissime di-
sputauit Episcopus, cum omnium admira-
tiōe, ut uere de eo dici posse uideretur, quod
Homerus de Ulysse scribit.

*Zoē dī ἔνι μὲν μορφὴ ἐπέωρη ἔνι δὲ φρένες
ἰδλαῖς. Et ego ex ipsius oratione additum
mihi animum sentiens, sic cœpi argumenta-
ri contra Londinensem Episcopum.*

Sacra menta sunt ceremoniæ, uel signa,
quæ certos reddunt nos de uoluntate Dei,
Sed sine uerbo non potest mens huma-
na statuere deuoluntate Dei.

Igitur nulla sunt Sacra menta sine uerbo,
uel quæ non possunt probari ex sacris lite-
ris. Maior est Pauli ad Romanos iiiij. ubi
ait, Circumcisionem esse σημεῖον, καὶ σφρά-
γιδα iustitiae fidei. Requirit igitur fidem,
fides autem uerbo Dei nititur, Rom. x. Fi-
des est ex auditu, auditus autem per uerbū
Dei. Nam oportet mentem per uerbum do-
ceri de uoluntate Dei, sicut docetur oculus
per ceremoniam. Refutat etiam Paulus hoc
dicto opinionem, Sacramēta iustificare ex
opere operato sine fide, & ad hunc modum
ait ad Ephesios, Christum sanctificare Ec-
clesiam per Lauacrum aquæ in uerbo uitę.
Cum autem uerbum ceremoniæ coniungit,
& uim uerbi exprimit, quod secum afferat
uitam, clare testatur uerbum Dei præcipu-
um esse, & ueluti formam Sacra menti, & ce-
remoniam tantum esse σημεῖον illius uiuifi-
cationis

cationis, ut ita loquar per fidem in uerbum: Paulus etiam in ceremonia cœnæ diserte ad dit uerba Christi, accepit inquit panem, & cum gratias egisset, fregit, & dixit, accipite comedite, hoc est corpus meum . Item hoc facite in mei memoriam . Ad hæc manifeste declarat, quod solus Christus potuerit instituere Sacramentum, & quod nec Apostoli, nec Ecclesia habeat authoritatem mutandi uel addendi aliquid ad Christi præscripta, cum ait . Ego enim accepi à Domino quod tradidi uobis &c . Quorsum attinebat hac præfatione sibi fidem facere , si ipse potuisse instituere Sacramēta, aut ipsius formam mutare, sicut quidam nō tam impie, quam impudenter affirmant, Apostolos mutasse formam Baptismi . Hic Lundensis me rursus interpellauit, ut permittamus, inquit, Sacra menta ex uerbo Dei colligi posse, tu tamen maxime falleris, qui nullum putas uerbum, præter id, quod calcearij & fastores iam legunt sua uernacula . Quod si sentis nihil ad fidem pertinere, nisi quod est scriptum in Biblijs, erras plane cum Lutheranis . Quandoquidem Ioannes ait: Multa fecit Iesus, quæ non sunt scripta . Et Paulus iubet etiam seruare traditiones non scriptas,

ptas, &c. Thessalo. &c. Præterea ipsenon tantum prædicauit scripturam, sed traditiones seniorum, Actorum xvii. Postremo multa per manus accepimus, quæ & si non sunt in canone Bibliorum, tamen quia ueteres scriptores Ecclesiastici de ihs meminerunt, fateri oportet ea ab Apostolis profecta esse, & parrem cum scriptura habere autoritatem, ac merito dici posse uerbum non scriptum.

Hec cū audissent Illustris dominus Crumuellus, Archiepiscopus, & alij Episcopi, qui puram Euangelij doctrinam defendebant, & subrisissent aliquantulum, cum uiderent eum statim initio disputationis confugere ad ueterem sophisticam & ueritates non scriptas. Ego rursus ad resutandam hanc calumniam, uolebam cum Episcopo disputare, Sed iubet me Illustris Crumuellus esse contentum. Fecerat exiguae iam sol altissimus umbras, & signum duodecim^e erat datum. Quare sinem feci sic præfatus. Reuerende domine Episcope negatis Religionis nostre fidem tantum niti uerbo Dei scripto. Hoc ubi monstrauero, euici nulla esse sacramēta, quæ non habent manifestum testimonium in sacris literis. Hic ipse assensus est, & Conuentus continuo dimissus.

Hacte-

Hactenus exposui huius scripti rationē, ut ostenderem extemporalementum suisse disputationem, & farraginem quandam, atq; chaos quoddam, et molem indigestam, ne quis in ea elocutionem, aut etiam ornamenti requirat, sicut in aliorum scriptis, quæ nonum præmuntur in annum. Agnosco enim multa tum à me præterita, quæ in hac causa dicenda erant, & hæc ipsa quæ uicia bidui spaciū tumultuarie, & sine delectu cōgessi, multo melius ab artifice perito dici posse. Neq; tamen quicquam mutare potui cum amici, etiam me inuito, uellent euulgarē, propterea, quod illustris dominus Crum uellus prototypon dedisset Antagonistis, à quo uel latum digitum discedere, id tum demum esset criminale. Quare ueniam dabit lector meæ ruditati & orationis inelegantiæ. Sed iam ueniam ad ipsum scriptum.

POstridie cum conuenissent Episcopi, & ego unā cū illustrissimo domino Crum uello adessem, Archidiaconus quidam nomine Archiepiscopi Canthuariensis mihi nunciauit, alios Episcopos grauiter suisserens,

fensos, quod ego aduena ad ipsorum disputationes suissem admissus. Hoc cum ad dominum Crumuellum retulisse, iudicabat morem gerendum esse Episcopis, maxime quod nolle eorum odium mihi conciliare, quos intelligeret nunquam semel animo cōceptam inuidiam deponere, nisi eo sublato, cui essent infensi, & ante miris artibus op̄ pressisse eos, qui in summa gratia Regis fuissent, prius quam Rex Indytus, quem ad accelerandum supplicium incitarint, posset insidias & fraudem deprehendere. Sed tam chartam in qua hanc disputationem scripsoram, sibi dari petiuīt, ut posset Lundensi, & alijs Episcopis in Synodo offerre, fuerat autem sic scriptum.

Illustris & nobilis domine, uosq; reuerentissimi Patres, heri cum disputationem de Sacramentis cum domino Lundensi, eo usq; peruentum est, ea tantum dicenda Sacramēta, quæ habent uerbum Dei, & restabat hoc solum declarandum, nihil habendum esse pro uerbo Dei, pr̄ter ipsos sacros libros ue teris & noui Testamenti.

Nam Episcopus Lundensis affirmabat traditiones ac ceremonias, quarum meminerunt Veteres scriptores Ecclesiastici rece-

C p̄as

ptas esse ab Apostolis , & nobis per manus à patribus traditas, ac proinde iure dici uerbum Dei non scriptum , per quod fides nostra probari possit, sicut ex sacris libris .

Ego hanc assertionem iam refutare staui , & claris Christi, Apostolorum, Propheta-
tarum , & Ecclesiasticorum etiam scriptorum testimonij commonstrarē fidem Chri-
stianam tantum nisi sacris literis, easq; solas
habendas esse pro uerbo Dei. Et quia hęc di-
sputatione secū trahit aliā, de Patrūm et Syno-
dorum authoritate , unā de ihs quoq; dīcā.

Nam Cochleus, & alij Sycophantæ, qui
uentris causa linguam habent uenalem , &
quibus proprie conuenit Epimenidis uersi-
culus de Cretensibus , quem etiam Paulus
citat contra eos, qui uentris causa impia do-
gmata defendunt . κεντροὶ ψευσταὶ, κα-
κὰ θηρία, γαστέρες ἀγεγάδε . Plane affirmant
Ecclesiam, hoc est, Episcopos, ut exponunt,
habere potestatem iudicandi de Scriptura,
probandi & rei ciendi Euangelij . Dispen-
sandi cum decalogo , & mutandi formam
Baptisandi , ac condendi nouos articulos
fidei sine scriptura .

Alij uerecundius loquuntur , & negant
contentionem esse de scripiura , uel de uer-
bo Dei .

bo Dei, sed tantum de ipsius expositione, quam queri uolunt ab Ecclesia & doctoribus ab ea approbatis, quorum iudicio standum esse affirmant in omnibus controuer- sijs Religionis, quicquid tandem decreuerint, etiam citra scripturam.

Hæc Sophistica & si plus artis habet q̄d illa prior crassa blasphemia, tamen idem est utriuscq; finis, eundem scopum præfixum habent, eadem dogmata defendunt. Sed tamen nemo ante Lundensem Episcopū tam effrons fuit, ut contenderet ritus, & ceremonias sine scriptura receptas dicendas esse ue- bum non scriptum, cui sides nostra nitatur, sicut ipsis sacris libris.

Hæc triplex Sophistica, uel uerius una tri- pliciter transformata, & alijs atq; alijs uer- bis tecta illas tantum rationes habet, quas supra citauit dominus Episcopus pro uer- bo non scripto, & paucas alias, quas in fine scripti adjiciam, & refutabo.

Sed primo refellam illam crassam bla- phemiam, & monstrabo omnem fidem no- stram, & uniuersa dogmata religionis Chri- stianæ in Prophetica & Apostolica scriptu- ra sic comprehensa esse, ut homo Christia- nus aliud nihil credere teneatur, quā quod

C ii possit

possit ex ea probari. Deinde quantum sit deferendum patribus & Synodis in expositione scripturæ, & quousq; sequendi sint in controuersijs Ecclesiasticis declarabo.

Magis autem deploranda est horribilis hæc hominum excæatio, & pro cæcitate audacia & malicia, quod maledicunt Deo, & traducunt ipsius uerbum, quām multis hic argumentis in re tam manifesta agendum. Nam quanto magis accedit lux illa Solis iusticiæ, & inclarescit lumen Euangelij, eo reduntur increduli cæciores & obstinatiores, adeo ut uerissime nunc in meridie magis cū antea palpitent, & impingant in lapidem illum offensionis, & petram scandali. Neque enim in densissimis tenebris Sophisticæ doctrinæ tam audaces fuerunt, aut impudentes, ut ad hanc blasphemiam prorumperet, Ecclesiam posse condere nouos fidei articulos sine scriptura, habere authoritatem mutandi formam Baptismi, & dispensandi cū Decalogo. Gerson, Scotus, Occam, Thomas, Bonauentura diserte hanc insaniam insectantur, & asserunt obiectum, uel subiectum ad æquatum fidei esse ueritatem revealatam à Deo contentam in Canone Bibiorum, uel in sacra scriptura, nec credidissent

fent unquam tantas futuras in Ecclesia tenebras, ut auderent homines affirmare fidem Christianam quærendam esse extra scripturam in hominū dictis & placitis Episcoporum, uel quod humanæ traditiones, ritus et ceremonię receptæ sine scriptura dici deberent uerbum non scriptū. Sed desino queri, cū sciam esse iam extrema tempora, de quibus Prophetæ, Christus, & Apostoli uaticinati sunt, uenturos esse hos pseudopropetas, qui exlibilato Euangeliō & sacris libris confingerent nouum uerbum σεσοφισμάτων μύθων καὶ βεβηλώσεων, ac γραψάδεις fabulas, ut Petrus & Paulus uocant, de ihs Pseudo-christis, id est, Antichristo, Daniel, Christus, & Paulus monuerunt, quod se elaturus esset super Deum, & Deo suum nomen, potentiam & sapientiam, ac misericordiam detraeturus, & traducturus eum de iusticia, crudelitate, & impotentia. Hoc propemodū sic in omnibus dogmatis, de indulgentijs, & potentia Papæ in purgatorio, in missis priuatis, in inuocatione Sanctorum, cultura imaginum, uotis monasticis, & humanis traditionibus. Sed ut alia nunc omittam, num hoc nō est accusare Deum insciūx, maliciæ, & ignauiax dicere Deum in suis sacris

C in libris

libris non scripsisse omnia ad salutem nostram necessaria: quasi uero aut non omnia meminerit, cum dictauit scripturam, aut non potuerit dicere, aut ex industria quædam nos cælauerit, ut ea ratione damnaret & perderet, cum clare ante dixisset nos per uerbum, quod ipse locutus esset, supremo die iudicandos, sed excecati à Diabolo, non uident atrocitatem huius blasphemiae.

EGO AD CONFIRMANDAS
pias mentes, & ad reuocandos hos ab insa-
nìa colligauì ordine testimonia, quæ clare
demonstrent fidem Christianam tantum ni
ti uerbo Dei scripto, & omnia religio
nis dogmata debere ex sacris
libris probari,

Primum est Deuteronomij 11. Non addetis ad uerbū, quod uobis loquor, nec auferetis ex eo. Quis autem unquam ante hos blasphemos Pseudoprophetas, & Antichristos hoc exposuit de uerbo non scripto: quod si de scriptura intelligendum est, contra mandatum Dei faciunt, qui fingunt esse aliquod uerbum non scriptum.

Nec nescio quomodo ἐμπάκτα τοι sole-
ant eludere hunc locum, dicentes aliam esse
addi-

additionem minuentem, aliam alienātem, aliam ampliantem, atq; aliam complentem, & uerum quidem esse de omnibus alijs, præterq; de illa, quam uocant complentem, que inquiunt est ad scripturæ declarationem. Et si autem hæc sententia, ut sonat, nihil incommodi habere uidetur, tamen per id intelligunt scripturæ sententiam iudicandam esse ex commentarijs & decretis synodorum, de quo in altera parte huius scripti copiose dicam.

Nunc ad refellendum hoc commentum sufficit manifesta scriptura Deut. xij. Quę ti bi præcipio, hoc tantū facito Domino, non addas quicquam, nec minuas. Et Apoc. ultimo: Qui addiderit ad hæc, addat ei Dominus plagas, quæ sunt scriptæ in libro hoc, quem locum Scholastici, & Scotus popularis meus, quarta questione primi libri sententiarum, de tota scriptura intelligendum esse fatentur. Quare manifeste peccant contra mandatum dei, qui asserunt esse aliquod uerbum non scriptum, uel ex suis opinionibus exponunt scripturam, & de uoluntate Dei iudicant sine manifesto uerbo. Nam diabolicum est mendacium scripturam sine commentarijs non posse intelligi propterea

C iij rea

rea, quod tam obscura sit et ambigua, quod ad omnes hæreses confirmandas accommodari possit, ut post suo loco dicam. Deuteronomij xxviij. proponuntur benedictioes omnis generis seruantibus ea, quæ scripta sunt in uolumen legis, & xxxij. Mose manu teste ait; Ponite corda uestra in omnia uerba, quæ ego testificor uobis hodie, ut mandatis ea filijs uestris, quatenus hæc obseruent, & facient ea, quæ scripta sunt in uolumen legis huius, quia non frustra præcepta sunt uobis, sed ut singuli per hæc uiuerent. Ecce hic clare uita æterna promittitur seruantibus ea, quæ sunt scripta. Et Mose clare dicit finalem esse caussam, quare Deus suum uerbum scribi uoluerit hanc unicam, ut habeant omnes & singuli homines omnium ordinum, & in omni genere uitæ uerbum Dei, per quod seruentur. Quare etiam manifesta blasphemia est, nos ex humanis traditionibus seruandos aut dñandos esse. Ethic reuincuntur inscitiae, qui Deo hanc inertiam adscribunt, quasi nesciuerit, aut nouerit omnia ad salutem necessaria sacrificiis commendare. Nam satis produnt se nescire caussam finalem scripture, qui aiunt Deum tam incitem esse uelut Poetam, qui mutu-

mutilum & mancum poema nobis perscripsit. Voluit enim hic suam uoluntatem uelut in speculo lucere & extare absolutam quandam imaginem illius diuinæ mentis, & λόγον, quem uocat Paulus καρκινήρας ὑποσάσθεως ἀντίτ. Item Ioannes ait hunc λόγον per suum uerbum lucere in tenebris, uel esse lucem lucentem in humanis mentibus obscuratis à diabolo per peccatum, et per suum Euangelium declarare nobis uoluntatem dei, quam nemo mortalium cognouit, nisi quatenus hic λόγος, qui est in sinu patris, enarrauit, loquens patribus in Prophe-tis, & nouissime per semetipsum in Euange-lio. Quare intelligendum est non tantum ex hominum ignorantia, quam ex diaboli malicia uerbum Dei sic traduci. Nam dia-bolus maxime deformare conatur hunc λόγον filium Dei, quem ante conditum mun-dum contempsit, & cum quo usq; ad extre-mum iudicium acerrime dimicabit.

Deuteronomij xvij. iubetur Rex habere semper in manibus, & in conspectu li-brum Legis, & ex eo legere omnibus diebus uitæ suæ, ut scilicet discat timere Dominū Deū suum, & promittitur ei pro studio lon-gæuitas, & regnum ad multos posteros ipsius.

C v Atq;

Atq[ue] utinam Reges & Principes Christi
ani hoc ad se pertinere statuerent, lectionem
sacrorum librorum, non latinam tantum,
quam ferè non intelligunt, sed ex qua disce-
re possunt uoluntatem Dei, quomodo uelit
suo uerbo tantum timeri , & non ex legibus
pontificijs & humanis traditionibus, profe-
cto auderem eis polliceri diuturniorem ui-
tam, & minus tragicam κατασροφήν, nunc
cum seuiant in sacros libros & eorum lecto-
res, mirum non est, quod dent Deo poenas
suæ tyrannidis, & pauci non uiolenta mor-
tem moriantur . Sic enim solet esse Tyranno-
rum exitus, ut ille ait :

*Ad generum Cereris sine cæde, & uulnere pauci
Descendunt reges, & siccā morte Tyranni.*

Ioachim Rex Iuda uidit omnes filios de-
truncatos, & ipse captiuus & uinctus du-
ctus est in Babyloniam , effossis ante ipsius
oculis, & audiuit, propterea quod combus-
tisti librum Iheremie, nō erit ex semine tuo,
qui sedebit super solium Dauid , & cadauer-
tuum projicitur ad estum per diem , & ad
gelu per noctem .

Antiochus qui iussit comburi sacros li-
bros, ex casu & desperatione miserrime pe-
rit. Hunc suisse imaginem postremi Antī
christi

christi, Daniel & Paulus testantur. Quare non prodigam uerba frustra ad hos perditissimos Antichristos, pro consolatione piorum tantum scribo, & pro ijs, qui ex ignorantia peccant, si Deus aliquando det eis animum ad agnoscendam ueritatem, & ut resipiscant à Diaboli laqueo, ad cuius uoluntatem nunc captiuū ducuntur.

Et quia longum esset ἐπαγογὴ per totam scripturam ducere, assumam tantum adhuc unum locum ex Lege, ut ad Prophetas & Euangelium perueniam.

Deuteronomij xxx. Mandatum quod tibi præcipio, non est supra te, nec procul positum, nec in cœlo situm, ut dicas, quis nostrum possit in cœlum ascendere, ut deferat id ad nos, & audiamus atq; faciamus, nec trans mare positum, ut dicas, quis ē nobis poterit mare tranando trahiēcere, & illud ad nos deferre, et audiamus atq; faciamus quod præceptum est, sed ualde prope te est sermo in ore tuo, & in corde tuo.

Hec ad postremi temporis Epicureos pertinent, qui quantumcunq; speciem pictatis simulant, & aiunt se homines interficere propter conseruandam ueram fidem & auctoritatem Ecclesiæ, tamē satis ostendunt se uim

se uim pietatis abnegare, cum sint sanguine,
cæde, & libidine, dolo, & omni genere tur-
pitudinis, atq; uniuersis sceleribus comma-
culati, ut uere appareat eos statuere Deum
nullam curam hominum gerere, ac ne qui-
dem ullum Deum esse, qui puniturus sit hæc
flagitia, sed secure cum Epicuro ridere reli-
gionem, ac intus & in corde dicere & cantil-
lare Epicuri canticum.

*πάντα γέλωσ, οὐ πάντα νόνις, οὐ πάν-
τα τὸ μηδέμι. πάντα γέλεται λογων ἐσιτὰ
γνώμην.* Leo decimus conuocauit Syno-
dum ad definiendum utrum anima homi-
nis esset immortalis, & cum audiuisset om-
nium sententias, fertur dixisse, difficiliorem
esse controversiam, quam ut possit ipse iudi-
care, quæ pars haberet firmiores rationes,
sed quicquid esset de anima futurum, se nol-
le fraudare suam animam præsentibus uitæ
commodis, delicijs, & uoluptatibus, & si es-
set aliqua uita post istam, se libenter etiam
isticum cum alijs gauisurum esse, quos putaret
non futuros deteriores socios, quam hic es-
sent. Hæc est Pontificis Maximi uox, ex
euius sententia iudicandū est de uerbo Dei
ex cuius arbitrio nostra fides & salus pen-
dunt, hæc est inquam illius sanctæ sedis sen-
tentia,

tentia, ad quam ex Africa, & Asia, atq; Europa, ex Dania, Suevia, Britannia, Hybernia, & alijs Insulis transfretandum est, in Italiam ad consulendum hunc Vicarium Christi, & duodecim cardines Ecclesiæ, qui Apostolis successerunt, de uoluntate Dei, & intelligentia scripturæ, quam in suis prouincijs, & suarum Ecclesiarum Synodis intelligere non possunt.

Sed ab hac Epicurea sententia abstrahit nos Mose, cum ait: Prope est uerbum in ore tuo, & in corde tuo, et ante oculos tuos, aduerte inquit, & memineris, quod proposuerim ante oculos tuos, ut possis legere in hoc libro, & intelligere quoq; alioqui certe infania fuisset scribere ea, que intelligi non possint, & lōge honestius fuisset deo, nihil scribe re q; sicridere homines, bonū & malum, uitā & mortem, benedictionē & maledictionem. Mentiebatur igitur serpens, qui persuasit Adamo se daturū esse per transgressiō nem uerbi Dei, scientiam boni & mali, & ludebat tum diabolus per Sophisticam, usitatissimam suam fallaciam ἀμφιστολογίας, ut nunc quoq; cum promittit nobis in humanis traditionibus boni & mali cognitionē, hoc est, damnationem æternam. Non est sententia

sententia boni & mali ,bonorum & malorū operum in ligno illo diuinitus prohibito, quantumcunq; pulchrum uideatur carnalibus humanæ sapientiæ oculis,nec in fructibus hypocriticis , quæ animalis homo, qui non intelligit ea,quæ sunt spiritus Dei, suspicit , admiratur , & adorat pro diuina, imò diabolica illa sua sapientia, quam hau sit à serpente . Non uult coli Deus ex doctrina serpentis ex doctrinis dæmoniorum, nō uult timeri mandato & doctrina hominū, contra, aut præter suum uerbum . Prohibet autem omnem cultum , & damnat omnem modum uenerationis & famulicij, quod ipse non mandauit & præscripsit . Ex uerbo Dei ista discuntur , & tantum ex sacris libris cognoscitur uoluntas Dei , & quid Deo placeat, quid non placeat . Hoc nisi credamus, cœlum & terra supremo die contra nos testabuntur, quod uolentes , scientes ex industria & contumacia , contra Mos̄ monitionem rufus serpenti , qui nunc creuit in magnum Antichristum, auscultauerimus . Testes inquit: Hodie inuoco cœlum & terram, quod proposuerim in cōspectu tuo uitam, & mortem , benedictionem, & maledictionem non eam, quam fulminat Pontifex sub nomi-

nomine Dei omnipotentis, & beatorum Pe-
tri & Pauli, sed illam, quam si Pontifici au-
scultemus, audituri sumus à Christo. Itē
maledicti in ignem æternum, qui paratus
diabolo, & nuncijs ipsius. Hos testes etiam
Christus contra incredulos inuocat: Cœ-
lum & terra transibunt, uerba mea non tran-
sibunt. Monet istic Christus, sicut Moses de
epicureis extremi temporis, Pseudoprophe-
tis, & Pseudochristis, qui conficiuntur sunt no-
uum uerbum, nouum Christum, affixum
certis locis, diebus, cibis, iuramentis, uotis,
& vinculis abstinenti à creaturis Dei licitis,
et electi Christum rursus extra hominum
societatem, & politicam uitam in desertū, &
conclusuri eum in speluncis & Ergastulis
inter relegatos, dicit eos hanc doctrinam cō-
firmaturos esse, non ex uerbo Dei, aut uete-
ri prophetia, hoc est scriptura, sed ex signis
& miraculis mendacibus, & tam efficaciter
illusuros esse incredulis, & eis qui non imbi-
berunt ueritatem uerbi Dei, sed passi sunt se
ab eo abducī, & imponi sibi per miracula,
ut inducantur etiam in errorem, si fieri pos-
sit, electi. Hæc tam serio monet, ut cœlum
& terram inuocet testes, se nobis hæc de An-
tichristis prædictisse, significans quantam no-
stri cu-

stria curam gerat, & quam doleat nos esse per
dendos per hanc blasphemiam Antichristi.

Ad hunc modum & ijsdem uerbis con-
tra doctrinas, & traditiones hominum pro
Dei uerbo fulminat Esaias : Omnis caro fœ-
nū, et omnis gloria eius, hoc est, summa sapi-
entia & potētia, quasi flos fœni, exiccatū est
fœnum, & decidit flos, quia spiritus Domi-
ni insufflauit in eo. Vere fœnum est popu-
lus, exiccatum est fœnum, & cecidit flos, uer-
bum autem Domini manet in æternum.
Comminatur etiam perpetuas tenebras, &
noctem æternam infidelitatis, si credamus
nouis reuelationibus sine uerbo, uel pro-
pter apparitionem mortuorum, & quia in-
terpres obscure reddit Grammaticam diffi-
cultatem, Hæbreum ascribam : הָלָעַם
אֶל־אֱלֹהֵינוּ וְרִשְׁת־הַחַיִם אֶל־הַ
מִתְּמוּנָם id est, Nunquid populus consulet
Deum suum, an propter uiuos petendum
est consiliū à mortuis, an non magis lex con-
sulenda & testimonium Dei in consilium
adhibendum : si non dixerint, inquit, iuxta
uerbum hoc : Non erit eis lux matutina.

Durissima certe comminatio eis qui in-
telligunt, quid hæc uox sit, quid hæc tene-
bræ, quis horum author, & quid faciant.

Iohann.

Iohannes Christum lucem uocat , illam lu-
centem in tenebris , & illuminantem om-
nē hominem , qui uenit in hunc mundum ,
dicit in uerbo Dei uitam esse , & illam uitam
esse lucem hominum , & rursus Deum esse
lucem , in quo non sunt ullæ tenebræ . Hunc
autem qui in tenebris ambulat , non habere
cū Deo societatem . Et Christus ipse selucem
mundi uocat , & ait , ambulate dū lucem ha-
betis ne tenebræ uos cōprehendant . Diabo-
lus est princeps tenebrarum & caliginis , ipse
hanc lucem primus hominibus eripuit per
infidelitatem , abstulit à nobis ueram notiti-
am Dei , & ingerit nobis tenebras infidelita-
tis , & errores omnīs generis . Sed Sol iusti-
ciae hanc lucem mundo reddidit , & ipsius
ad nos aduentus aurora fuit , de qua loqui-
tur Esaias hoc loco & Zacharias , cum Chri-
sto nato hanc auroram conspexisset in sua
mente illucescere , quæ ante obscura fuit per
incredulitatem , in hanc uocem prorupit : il-
luminare eis , qui in tenebris & in umbra
mortis sedent . Hæc est descriptio illius no-
ctis , quæ fuit in mundo ante aduentum Chri-
sti , tametsi lux illa , quæ illuminat omnem
hominem uenientem in hunc mundum , lu-
cebat etiam in tenebris , in mentibus Patrū ,

D qui

qui in hanc lucem & uitam uenturam consiliabant. Sed sicut laterna lucens in caligino solo, donec dies illucesceret, & Lucifer ille oriretur in cordibus nostris per Euangelij prædicationem. Quare nihil mirum est, si nos in perpetua nocte uersemur, qui relatio uerbo, lucem quæstuimus in doctrinis demoniorum, nostra sapientia & humana traditionibus, qui consisi sumus ad eō spectris, ut eum inter diuos & doctores Ecclesiæ retulerimus, qui nobis suasit eis credendum esse, & articulum fidei fecit ex mortuorum relatiōe, credere esse purgatorium post hanc uitam, ex qua animæ redimi possint per sacrificium missæ, quam oblationem constituit contra Christi institutio nem prouiuis & mortuis. Non autem magna cæcitas est, quod suasit nobis mortuos balneatores esse, si hoc credimus, breui uenietur ad eam amentiam, ut hæ fabtilæ inter reliquos fidei referantur articulos de filiabus Danai, quæ apud inferos hauriunt aquas de Tantalo: imò similes iamdudum sunt in canonem à Pontifice relatæ. Hæc est cæcitas & amentia spiritus uertiginis, & palpitatio in meridie, quam Moses, Esaias, Hieremias, & alij Prophetæ comminati sunt

Deute-

Deuteronomij xxviij. Esaiæ xxix. Hieremij
xxij. & multis alijs locis.

Iam audiamus iplius æterni uerbi Dei de sua scriptura testimonium. Nam hæc questio agitabatur in ecclesia tempore Christi à summis Doctoribus, qui nō putabant scripturam ad salutem sufficere sine traditionibus Patrum, ex horum Rabinorum numero uenit unus ad Christum, & rogat: Magister, quid faciendo uitam æternam possideo? Sed hunc incredulum & curiosum Christus remisit ad scripturam, dicens, In legge quid scriptum est? quomodo legis, quasi diceret. Putas tu Deum non constare sibi, sed subinde mutare sententiam, sicut homines leges mutant, & singunt semper novas de Deo opiniones? Verbum Dei permanet in æternum, hoc ipsum quod scriptum habes, tantum facito, & uiues, non ait quomodo tu putas, uel quomodo audis docentes Phariseos & Scribas, sed remittit ad scripturam, & ait: Quomodo legis? hoc fac & uiues.

Et hic habemus Mosè sententiam supracitamat pro scripturæ sufficientia, confirmatam à Christo. Imò uerbum æternum pro sua scriptura contra blasphemos bellige

Dñs rans,

rans, qui negant scriptum Dei uerbum ad nostram sufficere salutem.

Etsi autem scribæ & Pharisei, ac Doctores suas semper assuebant traditiones uerbo dei, et eas huic etiam prætulerunt, sicut Christus ostendit Mathei xv. & xxij. tamen alio rū, apud quos erat uera Ecclesia, una semper fuit sententia, ex sola scriptura cognoscendam esse uoluntatem Dei, & per eam omnia dogmata esse iudicanda, sicut Christus ostendit, cum ait Iudæis. Scrutamini scripturas, quia persuasi estis uos in eis habituros esse uitam æternam.

Hic Christus clare testatur hanc suisse ueteris Ecclesiæ sententiam, ex sola scriptura iudicandum esse de uoluntate Dei, & dogmatis, quæ ad fidem & salutem pertineant. Cum autem suam prædicationem ad scripturam exigi iubet, clare ostendit Euangelium in ueteri scriptura contineri, & eos plane stupidos esse, qui negant ea, quæ supra ex Mose citauimus de scriptura, tantum audienda esse, & ad nos pertinere. Propterea, quod Apostoli nondum scripsissent suos libros.

Nam hæc regula erat Apostolis, cum testificarentur Ecclesiæ de Euangeliō, nullum librum

librum recipiendum esse , qui non consentiret cum ueteri scriptura , per hanc regulam reiecerunt ἀπόκριφα , & receperunt Euangelistas , qui suam narrationem ex Prophetis confirmabant . Per hanc regulam Euangeli stæ sua probant , & Paulus suæ Epistolæ ad Roma . authoritatem cōciliat , cum ait , Euangeliū suum ante promissum esse per prophetas in scripturis sanctis . Huc pertinet illa , si Mosi crederetis , & mihi utiq; credere-
tis . De me etenim ille scripsit , & quod hic ait : Scrutamini scripturas , quia putatis uos in illis uitam æternam habere . Illæ enim sunt , quæ testimonium perhibent de me . Iam si in hac controuersia de uerbo non scripto , & hominum commentarijs ac traditio-
nibus antiquitas consulenda est , & standum iudicio Ecclesiæ , opponimus hanc ueteris Ecclesiæ sententiam à Christo confirmatam omnium contradicentium sententijs . Ioannis xij . Sermo quem locutus sum , iudica-
bit eos in nouissimo die , hic sermo si non es-
set scriptus , ac non totus scriptus , quis pos-
set esse certus de sua salute , & Dei uolun-
tate , si fides nostra & salus humani generis penderent tantum ex hominum relatio-
nibus , necq; summa religionis nostræ fu-

D ij illæ

isset literis mandata, quis auderet sperare, uel unam Christi sententiam **integrā**, & **incontaminatam** esse relictam? Cum enim Diabolus ad omnia impia dogmata scripturam detorqueat, & ausus sit reiçere per Manichæos, ut nunc curat per Episcopos comburi, quis dubitat eum magis optare, ut potuisset ante mille quingentos annos eam totam semel abolere, & ipsius loco substituere suam blasphemiam, ut diceretur uerbum Dei scriptum, magis quam uerbum non scriptum & confictum? Ah male consuluisset nobis Spiritus sanctus, si partem tantum nostræ fidei & uerbi, ac uoluntatis Dei curasset describi in sacris literis, neq; potuisset Deus iuste nos damnare, si alias doctrinas suissimus amplexi, pro authoritate Episcoporum & Ecclesiæ quandoquidem ipse iubet Ecclesiam audiri. Quod si Ecclesia non esset tantum ex scriptura cognoscenda, sed ex authoritate, potentia, & successione, quis auderet hiscere contra idolatricos cultus institutos ab Episcopis, uel mutire contra manifestam impietatem?

Non uident à Diabolo excecati, hanc blasphemiam atrocissimam, non considerant, quantam ignauiam, inscitiam, & malitiam

Deo

Deo tribuant, cū affirmant eum non curasse, ut describeretur illud uerbum, per quod ait nos supremo die iudicandos. Sed præuidit maliciam Diaboli Spiritus sanctus, & hanc etiam blasphemiam ideo ad illius conatus & sequitiam reprimendam & ad aliorum ora obturanda insunxit suis scribis, Prophetis, Apostolis, & Euangelistis, ut hoc uerbum scribebent, ut haberemus permanentis & perpetuum testimonium, cui tu to fidere possemus, & quo ipse declarare possit se iuste damnare impios. Præcepit Apostolis, ut testificarentur de hac scriptura, & rejicerent omnium aliorum scripta, qui conati sunt sua mendacia inserere cum Euangeliō, sicut Lucas in præfatione sui Euangeliū testatur. Cum multi conati sunt conscribere narrationem earum rerum, quæ nobis sunt compertissima quandoquidem ab ijs traditas accepimus, qui initio suis oculis uidérunt & fuerunt pars aliqua eorum, quæ narrabant, operè precium me facturum sperabam, si cuncta à principio summa cum diligentia perquisita scriberem tibi optime Theophile, & quisquis es Dei amās, Christi ane lector, ut haberet de his, quæ Catechista docet certitudinem, & fidem indubitatem.

D iiiij Hoc

Hoc tam claro testimonio Spiritus sanctus corda nostra tranquilla reddidit contra Antichristi blasphemiam, qui fidem Spiritus sancti accusat, summæ impietatis & iniusticie, cum ait, non curasse eum, ut describerentur omnia nostræ religionis dogmata, sed permisisset ut penderent ex incertis relationibus & rumoribus, quos Episcopi corrum pere & mutare possent, quoties uellent.

Nō fuit hoc uno testimonio cōtentus Spiritus sanctus, sed coegit hunc ipsum, qui pollicitus est se omnia ab initio summa cum diligētia scriptorum, rursus testari absoluto libro, suam ipsum liberasse fidem. Nam in principio Actorum ait, se priore uo umine sui Euangeliū scripsisse de omnibus, quæ cœpit Iesus facere & docere ad eum usq; diem, quo terras reliquit.

Sed patet hic locus calumniæ, quam non dissimulauit Chrysostomus, cum ait, quomodo potuit Lucas dicere de omnibus dīctis & factis Christi scripsisse se, cum Ioannes affirmat impossibile esse ut omnia scribantur, Respondeo inquit: nō dixit omnia, sed de omnibus ad salutem necessarijs.

Sed Spiritus sanctus nihil opus habet hominum suffragijs. Ipse enim qui omnium est artis

est artifex, & habet omnis uocis scientiam, præuidit quid hic calumniaretur Diabolus, & per ipsum Euangelistam respondit. Nam ubi dixisset Ioannes multa fecisse Iesum miracula, quæ non sunt scripta, continuo addit: Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quod Iesus sit filius Dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine ipsius. Quare manifestum est summam illam sermonum Christi, & tot etiam miracula conscripta esse, quod ad confirmandam fidem nostram, & ad omnia quæ credere debemus, declaranda sufficiunt. Nam hic articulus Iesus est ille filius Dei, & hoc promissum semen quod caput serpentis conterit, & uitam à Diabolo eruptam reddit, ac lucem illum obscuratam & contenebratam à principe tenebrarum per lucem Euangelij restituit miseris mortalibus sedentibus in tenebris et in umbra mortis, est scopus totius scripturæ, & propositio atq; conclusio Euangelij Ioannis. Propter hunc articulum Ioannes ait in sua Canonica, se omnia omnibus scripsisse, & eum qui credit in Filium, habere testimonium Dei in seipso, hoc est, intelligere summam scripturæ, & quod Deus scribi uoluerit sacros libros ad testificandum de hoc

D v uenturo

uenturo semine et filio dei, scriptura tota est
huius Christi & filij Dei testimonium, & sub
inde in scriptura inducuntur alij atque alij te
stes, qui perhibeant testimonium de Chri
sto, quod sit filius Dei, conceptus sine uirili
opera, natus de uirgine, passus, resuscita
tus &c. Ad hoc ipse respexit, cum ait: Scru
tamini scripturas, illae sunt quae de me testi
flicantur. Et Petrus in hanc sententiam: Hu
ic omnes prophetae testimonium ferunt,
quod Deus remittat peccata ihs, qui huic
Christo confidunt. Et Paulus ad eundem
modum ait: Iusticiam testificatam esse a le
ge, & in Prophetis.

Illa igitur, quae probant Iesum esse filium
Dei, abunde declarant totam fidem Chri
stianam, & omnia ad salutem & uitam æter
nam necessaria.

Necq; difficile est singulos fidei articulos
ex isto deducere. Nam qui credit Iesum esse
filium Dei, hunc confiteri oportet Deum
Patrem omnipotentem creatorem coeli &
terræ esse patrem Domini nostri Iesu Chri
sti naturalem, cum sit propter eum noster
Pater, & nos sumus filii Dei propter Iesum.
Sic Christus ait: Creditis in Deum, et in me
credite, non creditis quia ego in Patre, & Pa
ter in

ter in me est. Et Ioannes : Qui confitetur Ie-
sum esse filium Dei , is habet Patrem & filiu-
um . Item : Qui credit Iesum esse naturalem
filium Dei , fatebitur esse illum Emanuelem ,
quem Isaías uaticinatus est de uirgine na-
sciturum & passum , sicut etiam scripturæ
præmonstrauerant , & ipse ait : O stulti &
tardi corde ad credendum in omnibus , quæ
locuti sunt Prophetæ . Nonne oportuit hęc
pati Christum , & intrare in gloriam suam ?
Non potuit etiam filius Dei à morte detine-
ri , sed necesse fuit eum solutis doloribus in-
fernī resurgere , sicut Petrus in Actis ex Da-
uid probat , sic Paulus uersum ex Psalmo
pro eius ascensione citat : Ascendisti in altū ,
cepisti captiuitatem , & dedisti dona homi-
nibus . Et Dauid de hoc filio ait : Dixit Do-
minus domino meo , sede à dextris meis , do
nec ponam inimicos tuos scabellum pedū
tuorum . Quem locum Paulus exponit de
Christi regno post resurrectionem & ascen-
sionem , primæ Corint . xv . Si credis Iesum
esse filium Dei , tunc fateberis eum misisse
Spiritum sanctum , ad sanctificandam Eccle-
siam , iuxta ipsius promissionem , & hunc
esse Deum , in cuius nomine nos baptizari
iussit , sicut in nomine Patris & suo . Item
huic omnia

huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod recipiamus remissionem peccatorum per nomen eius, & ipse promittit se resuscitaturum nos ad uitam æternam. Hęc tam copiose declarauī propter Lundensis Episcopi calumniam, qui omnes fidei articulos negat propterea posse ex scriptura probari, quia Ioannes ait: Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quod Iesus sit filius dei, & ut credentes habeatis uitam in nomine ipsius.

SED ASCRIBAM QVOS
que Cyrilli & Augustini sententiā
ad refutandam hanc
eius calumniam.

Cyrillus in Ioannem cap. xij. Magna ait
Ioannes, est multitudo signorum Domini, & immensus numerus, sed hæc quæ retulimus, sufficiunt ad plenissimam fidem faciendā attente legentibus, nec accusandus sum, si omnia non scripsi. Nam si considerentur singula, nullo prætermisso, orbis librorum multitudinem non caperet. Hyperbolicas autem dicimus sermonis eius uitatem proferri. Non igitur omnia quæ fecit, scripta sunt, sed quæ scribentes tam ad mores

mores quam ad dogmata putauerunt sufficiere, ut recta fide, & operibus, ac uirtutibus rutilantes ad regnum cœlorum perueniamus per Christum dominum nostrum.

Nouum igitur mendacium est, recens in officina diaboli confictum: omnia religio nis dogmata non posse ex scriptura probari & humanas traditiones sine scriptura, esse bona opera: Ecclesia Cyrilli tempore, hæc blasphemiam ignorauit, sicut ipse hic clare testatur.

Augustinus totidem uerbis hoc affirmat exponens sententiam supra citatam à Ioanne: Hæc scripta sunt, ut credatis &c. Cum Dominus Iesus inquit, multa signa fecisset, non omnia scripta sunt, electa enim sunt, quæ scriberentur, quæ credentium saluti sufficiente uidebantur. Hæc propterea ex scriptoribus adduco, ut monstrem eos falso imputare ueteribus hanc recentem blasphemiam, & quia solent absterrere imperitos patrum authoritate, cui quantum tribuendū sit, post dicam.

Iam ut finem faciam in citandis testimonijs, duos tantum sed probatissimos & certissimos addam testes contra hanc diabolam Sophisticam, Petrum et Paulum. Nam quili-

libet habens communem sensum clare intel
ligere potest Petrum scripsisse secundam
Epistolam contra hos blasphemos, qui con
singunt nouū uerbum. Vocat enim scriptu
ram ipsam Prophetiam & Pseudoprophe
tas, qui aliquid contra, aut præter scriptu
ram Propheticam & Apostolicam docent,
& tradidit hanc regulam, qua uitari possint
eorum mendacia, si expendamus ea ad pro
pheticum sermonem, uel propheticam scrip
turam, cui iubet nos auscultare tanquam lu
cernæ, quæ tenebras & mendacia diaboli
discutit & depellit. Huius uerba sunt.

Hanc uobis secundam scribo Epistolam,
ut extimulem uos quatenus memores sitis
uerborum, quæ prædicta sunt à sanctis Pro
phetis & mandati nostri, qui sumus Apo
stoli Domini & seruatoris. Nam scire debe
tis, quod in extremis diebus uenturi sunt il
lusores, hos supra proprijs notis depingit,
quod clam inducent sectas pernicioſas, uel
ut Paulus ait: In hypocrisi loquentur men
daciū, prohibentes nubere, & abstinere à
cibis quos Deus creauit ad sumendum cum
gratiarum actione fidelibus, & Dominum,
inquit, qui eos mercatus est negabunt, & ui
am ueritatis maledictis afficien, sicut blas
phemis

phemi nunc maledicunt Paulo propterea,
quod clare confutat humanas satisfactio-
nes, iustificationem, & redemptionem ex o-
peribus. Propterea inquiunt propter au-
ritia ficticijs sermonibus, & σεσοφισμοῖς
πύθοις de uobis negociabuntur, comparat
eos cum Sodoma & Gomorra, & ait eos
habere plenos oculos adulterij. Satis autem
constat, quic circumferant hæc insignia. De
morum turpitudine pudet me loqui, pro
scriptura tantum contendeo, quam pedibus
conculcant & exurunt. Sed eorum dogma
ta Petrus uocat Sophisticas fabulas, & falla-
ciam ait detegendam, ad laternam prophe-
ticæ scripturæ. Et habemus inquit, prophe-
ticum sermonem, cui benefacitis attenden-
tes, sicut lucernę lucenti in obscura nocte, do-
nec illucescat dies, & Lucifer oriatur in cor-
dibus uestris, cum sciatis nullam propheti-
cam scripturam esse humanę interprætatio-
nis, uel humana uoluntate obtrudi, sed san-
ctos dei homines à Spiritu sancto agitari ad
loquendum.

Hic est amplissimum testimonium ad om-
nes doctrinas & traditiones citra scripturam
refutandas, imò ad rei ciendos omnes inter-
pretes, qui ex suo sensu sine scripturalo-
quuntur.

quuntur. Diserte enim distinguit inter prophetiam uel propheticam scripturam & interpretationem, quæ sit ex proprio sensu ac traditionibus, quæ pro hominum uolunta te obtruduntur, uocat omnes doctrinas si ne scripture Sp̄iritus sancti σεσοφισμάνους μύθους, & mirabilem hic tribuit authoritatem ueteri Prophetiæ, & scripturæ prophe ticæ. Cum enim pro sua doctrina allegasset conspectam Christi diuinitatem, & uocem patris de cœlo auditam, ac Moysi & Helię testimoniū Christo exhibitum in monte sancto, satis firmis & illustribus argumentis est usus pro fide sibi concilianda, & tamen omnibus ijs allegationibus præfert scripture firmitatem, et firmorem inquit habemus propheticam scripturam, cui bene facitis auscul tantes, sed idem est Spiritus sanctus, sui sem per similis in Mose, Prophetis, Christo, A postolis Christus ait: scrutamini scripturas, & per hos testes examineate meam prædica tionem. Petrus subscrabit: Benefacitis in quiens, qui ad propheticam scripturā om nem doctrinā, etiam meam exigitis, & hor tor uos ut etiam Pseudophphetarum eorum, qui nouam prophetiam, & nouum uerbum consingunt, ad hanc lucernam dili gentius

gentius & propius aspiciatis. Sic enim deprehendetis diaboli Sophisticam. Vocat autem omnes humanas doctrinas citra uerbum tenebras, & hoc tantum laternam & lucem, ut Dauid etiam appellauit: Lucerna inquit pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Paulus in utraq; ad Timotheum & ad Titum serio monet de extremi temporis blasphemij uitandis, qui noua & impia dogmata sine uerbo obtrudunt, & Regulam qua caueri possunt, annexit hanc, si resistamus in uerbo & sacris literis, extra quas pedem mouere prohibet, & addit, hac regula obseruata, saluum facies teipsum, & eos, qui te audiunt, hac non obseruata, prolaberis ad stultas & impias disputationes, quas qui sequentur, aberrabunt a fide, & ad maiorem impietatem proficient, ac subuertent auditores, & capientur diaboli calumnijs. Depingit hos Pseudopropetas uiuis, & suis ipsorum coloribus, facitque antithesim boni doctoris Euangelijs, et impostoris ac Hypocritae. Describit autem utruncque ex ijs notis.

E Bonum

Bonum Doctorem & Epis-
copum quod sit.

- 1 Vnius uxoris maritus
- 2 Sobrius
- 3 Modestus
- 4 Ornatus
- 5 Hospitalis
- 6 Aptus ad docendum
- 7 Non uinolentus
- 8 Non percussor, sed æquus & alienus à pugnis
- 9 Non turpiter lucrī cupidus, sed alienus ab auaritia
- 10 Non bilinguis
- 11 Non nouitius, sed tenens mysterium si dei cum pura conscientia.

Impostores & Hypocritas
quod sint.

- 1 Prohibentes nubere
- 2 Ingrati
- 3 Intemperantes
- 4 Superbi & inflati
- 5 Carentes affectu & immites

Maledic

- 6 Maledici , calumniatores , qui in errorem addueunt, & errant ipsis.
- 7 Voluptuosi & incontinentes
- 8 Attoniti & immites & rixantes de uocabulis & implacabiles
- 9 Auari, & sui amantes
- 10 Proditores & temerarij.
- 11 Habentes speciem pietatis, cum eius uim abnegauerint .

Nec quisquam ita cœcutit aut desipit, qui non impostores à bonis doctoribus his notis internoscere & discriminare possit, sed tamen, quia multi sunt hypocritæ, qui pietatem & religionem Angelorum simulant per impurum cœlibatum, & delectum ciborum ac uestium, nominatim hanc eorum doctrinam perstringit, ait eos à doctrina fidei discessuros esse, & uim pietatis, hoc est, iusticiæ fidei negatuos, & in hypocrisi docturos mendacium, & doctrinas dæmoniorum, has scilicet, quod matrimonium certis personis sit illicitū & prohibitum. Item cibi, & uestes, atq; eis ipsis doctrinis tribueri iusticiam, & uim pietatis, uel perfectiōnem Christianam, ait hos à ueritate & à scriptis literis auditum auertere, & conuerti ad

E n fabulas

fabulas, non sustinere sanam doctrinam, sermonem Domini nostri Iesu Christi, & eam quæ ad pietatem per fidem ualet, sed coacer uare sibi magistros, qui iuxta proprias ipso rum concupiscentias doceant, & insanire circa quæstiones & pugnas uerborum, propterea quod eis adempta sit ueritas, & persuasi sunt quæstum esse pietatem, quod sint mente corrupti, & ἀδόκιμοι πρεστὶ τὴν πίστιν, qui sibi parum placent in doctrina fidei, sed spem ponunt in doctrinis à se & alijs inuentis, easq; admirantur, pro cœlesti sapientia, & uera pietate :

Nam Paulus ipse sic exponit ad Thessalonicum ait: quod Deus sit missurus eis efficaciam illusionis, ut credant mendacio, & condementur omnes qui non crediderunt ueritati, et sanis sermonibns domini nostri Iesu Christi, sed sunt ἐν δοκισταῖς εἰπεῖ τὴν ἀδικίαν, id est, sunt sibi placentes in iniustitia, uel se iustos existimantes in ihs rebus, in quibus non est iustitia, hoc est, in operibus manuum sua rum, in doctrinis hominum, quæ non probantur uerbo Dei, sed ex miraculis & prodigijs mendacibus. Isti non auscultant Angelis, Christo nato canentibus: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax ἐνδοκίᾳ hominibus,

nibus, non sibi satis placent in hoc infante,
quod sit miser, & abjectus ac deformatus
cruce, quæstum existimant pietatem, opes,
& imperia quærunt, non auscultant Deo de
cœlis sonanti: Hic est filius meus dilectus,
qui mihi placet, sibi in alijs rebus placent,
q̄ in eo, in quo Deus nos uoluit gloriari.

Hos Paulus auersari iubet, negat eos au-
diendos esse, ac ne quidem cum eis disputan-
dum, sed fugiendum ab ipsis, sicut à serpen-
te Cancro, & obsurdescendum ad eorum
βεβήλως καὶ γεωάδες μύθως, & stultas &
impias quæstiones, non permittit nos extra
scripturam mouere pedem, ut cum eis con-
gregiamur, sed mandat resistere in sacris lite-
ris, cum ait. At tu persta in his quæ didi-
cisti, & quæ tibi cōcredita sunt, sciens à quo
didiceris, & quod à puero sacras literas no-
ueris, quæ te possunt eruditum facere per si
dem ad salutē quæ est in Christo Iesu, propte-
rea quod omnis scriptura diuinitus inspira-
ta utilis sit ad doctrinam & redargutionem
&c. & sic ratiocinatur: Episcopus debet re-
sistere in ijs literis, per quas possit eruditus
esse in doctrina fidei, uitare dæmoniorum
doctrinas, & seipsum ac audientes seruare.
Sed tales sunt sacræ literæ. Minorem pro-
E ij bat, &

bat, & primo hanc partem de absoluta erutione, ex enumeratione officiorum boni doctoris. Quandoquidem inquit, omne officium doctoris est uel

Ad Doctrinam
Inuestigationem
Castigationem

Disciplinam eam quæ est in iustitia.

Oportet enim, ut ipse ait: Episcopum esse διδακτικὸν, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἀλεγχεῖ: & qui possit reuincere eos, qui se opponunt ueritati, præterea etiam oportet errantes ex ignorantia uel infirmitate corriger, & reuocare in uiam: demum pueri laeti opus habent, & παιδία. Iam si sacræ literæ sufficiunt ad διδασκαλίαν: Igitur omnes articuli fidei, & uniuersa ad salutem necessaria possunt ex ijs doceri:

Deinde si ualent ad eos reuincendum, qui resistunt ueritati, uel oppugnant dogmata fidei, & obtrudunt doctrinas dæmoniorum, igitur omnes Hæreses possunt ex eis refutari, & mentiuntur, qui uerbum non scriptum propterea configunt. Non patet hic effugium, ut dicant, & si sacræ literæ ad hæc ualent, tamen non sufficiunt. Falsum est, inquit Paulus, quandoquidem affirmo sacras

ſacras literas abunde omnia ſuppeditare, ut homo dei integer ſit, & ad omne bonū opus paratus. Mentiuntur igitur, qui ſingunt bona opera citra uerbum Dei.

Alteram partem Minoris ſic probat, iij qui ſtultas quæſtiones, pugnas uerborum, prophanas, & aniles fabulas, & in ſumma, doctrinas hominum ſine uerbo ſectantur, aberrant à fide, & ſiunt imp̄j. Igitur ſi tu perſtes in ſacris literis, & ultra non progre- diaris, ſeruabis teipſum & eos, qui te audi- unt, ab hac diaboli Sophistica, maxime ſi iuxta meum mandatum commoneſeceris fratres, ſicut bonum miniftrum Iefu Chri- ſti decet de ſana doctrina & dogmatis dæ- moniorum. Hæc inquit, commenda fideli- bus hominibus, qui erunt idonei, ut alios quoq; doceant, & rursus: De his ſi commo- nefeceris fratres, bonus eris minister Christi Iefu enutritus in sermonibus ſidei, bonæq; doctrinæ, quam uſq; ſequutus es. Cæte- rum prophanas & aniles fabulas reiſce, quin potius exerce teipſum ad pietatem, at- tende tibi ipſi & doctrinæ, & perſiſte in hiſ. Nam ſi id feceris, ſeruabis teipſum & eos, qui te audierint. Ad hæc præceptum ad- dit: Hoc præceptum commendo tibi Ti-
E iiiij mothee

mothee fili, iuxta prophetias, quæ te præceſſerunt, ut milites in eis bonam militiam habens fidem & bonam conscientiam, quam nonnulli deferentes naufragium fecerunt circa fidem.

Et hic aperte iubet nos cum diabolo militare per ueterem prophetiam, & ex hac fidem confirmare, & formare conscientiam, & addit causam, quod alioqui cum alijs fidem simus amissuri & facturi nobis errabundam conscientiam. Postremo non contentus hæc simpliciter monuisse obtestatur per omnia sacra,

Obtestor inquit, te coram Deo, & Domino nostro Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos in apparitione sua, & per regnum ipsius; prædica uerbum, insta, urge, opportune, importune, ἔλεγον, obiurga, exhortare cum omni lenitate & doctrina. Nam erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed iuxta concupiscentias suas coaceruabunt sibi magistros &c. Hoc tempus si nunc non est, cum fides nostra ex uerbo non scripto, humanis traditionibus, consuetudine, ceremonijs, Patribus, & synodorum statutis, sine uerbo Dei probatur, cū manifesta scriptura pro cuiuslibet

libet uafri hominis commento eluditur.
Imò cum nobis è manibus excutitur & com
buritur, nunquam erit expectandum.

Si tales homines nō sunt φίλαυτοι, & suę
sapientiæ admiratores, si non sunt auari, si
non sunt ἀλαζόνες, & Thrasones, si nō sunt
ostentatores et βλασφημοι, qui nouum uer
bū configunt, si nō sunt parentibus immo
rigeri & ingratī, qui nō egrediuntur suas ca
ueas ad subueniendum seni & morituro pa
renti, si non ἄσοργοι qui pro simulata ca
stitate non audent agnoscere suos filios, si
non sunt ὄσπονδοι qui implacabiliter cum
pietate bellum gerunt, si non sunt διά
βολοι, & uere membra diaboli, si non sunt in
temperantes, sine misericordia, negligentes
sui officij, doctrinæ, & operum uere bono
rum, si non sunt Regum, regnorum, & Eu
ropæ πρεσβύται, si nō φιληδόνοι μᾶλλον
ἢ φιλόθεοι, qui damnant matrimonium,
ne cogantur ducere uxores, & abstinere ab
aliorum coniugibus, si non negant uim pie
tatis, idq; sub ipsius specie & prætextu, qui
plus tribuunt humanis traditiōibus, quam
mandatis decalogi, & docent has esse per
fectionem Christianam, ut iustitiam fidei

E v detra

detrahant, nunquam fuerunt, nec erunt in
æternum.

Paulus dicturus ultimum uale Ecclesiæ,
conuocat Synodum cuius authoritatem, &
testimonium ualitatum esset apud omnes
posteros, & in ea sic concionatur Episcopis
Asiae. Contestor uos hodierno die, quod
mundus sum à sanguine omnium uestrum.
Non enim cælauí uos eorum aliquid, quæ
essent in rem uestram, sed exposui omne con
silium Dei, per triennium nocte & die sine
cessatiōe, & cum lachrymis monens unum
quenq; uestrum. Nouí enim quod post di
scellum meum lupi rapaces in uos ingressuri
sunt, non parcentes gregi, & ex uobis exo
rientur uiiri loquentes peruersa ut abdu
cant discipulos post se. Quare attendite uo
bis, & uniuerso gregi, & uigilate memores,
quod per triennium hęc cum lachrymis mo
nuerim. Et nunc fratres commendo uos
Deo et sermoni gratiæ ipsius, qui potens est
uos superstruere, & dare hæreditatem inter
sanctificatos omnes.

Hic Paulus Synodum monet de Pseudo
prophetis, & contestatur totam Ecclesiam,
ut diligenter meminerint huius monito
ris, quam continuo per lacrhyras etiam
totum

totum triennium inculcauerat, ut sibi cauerent ab ijs lupis, qui deuorassent corpora & animas per impia dogmata, & traditiones, quas eo prætextu Ecclesiæ obtrusuri erant, quod Apostoli non potuerint dicere de omnibus ad fidem & salutem necessarijs, nec uniuersa religionis dogmata, in sermone gratiæ Dei contineri. Ego inquit uos hodie testes adhibui, ut si per has persuasiones peccatis, mundus sim à sanguine uestro, neç Christus mihi imputabit uestram perditio nem. Scio hoc futurū, & totus horreo propter clades Ecclesiæ, cū intueor Prophetias de extremis temporibus. Propterea uerbar, ne Christus hoc mihi imputaret, si uos non præmonuisssem, hoc fecit me tam sollicitum, & horribilis illa blasphemia ac idola tria, quæ est oppressura Ecclesiam, toties excusavit mihi lachrymas. Sed quid faciam, cū audio Danielem dicentem: Perpetrata est definitio. Non possum aliud, quam commones sacere, ne audiatis, aut recipiatis aliquod nouum dogma, hoc prætextu, quasi ego non pateficerim uobis omne consilium Dei, quod uos scire referat, uel celauerim uos aliquid, quod esset ad salutem necessarium, Nescio quid addam, nisi ut uos sermoni

moni gratiæ Dei commendem , uel commendem sacras literas uobis, quæ possunt superstruere, & super fundamento Christo, super quo tota Ecclesia, omnes Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli superstructi sunt, ædificare . Christus fundamentum est Ecclesiæ, nos lapides & ligna , qui uarijs temptationibus expolimur, spiritus sanctus architectus uerbum Dei cementum & bitumen quod continet . Nam in uerbo Dei inedificamur Ecclesiæ, & per id in ea retinemur . Hoc nos Christo incorporat & consociat, atq; conso lidat, ne omni uento doctrinæ circumseramur & rapiamur, atq; rursus excidamus.

Hoc scutum est contra ignea tela diaboli, hoc solo gubernaculo regitur nauis Ecclesiæ . Hoc clavo nobis excusso, necesse est nos naufragium facere circa fidem . Ad hoc uerbum Petrus nos iubet aspicere , tanquam ad laternam , quæ in tenebrosa nocte ignorantiae & contemptus Dei , infidelitatis, & audaciæ, excæcatarum à diabolo mentium lumen fidei, & diuinæ uoluntatis monstrat cognitionem, ne prolabamur ad hæreses, & doctrinam Pseudoprophetarum recipiamus . Ad hanc lucem , quæ omnes tenebras errorum discutit, Christus & Petrus iubent

nos

nos omnem doctrinam aspicere, & ad hanc
seu ad lydium lapidem examinare, & ad hāc
sacram anchoram Paulus nos configere iu-
bet, inter tempestates, & resistere in sacrī li-
teris, per hoc nos supremo die iudicandos
Christus clare pronunciat, hoc ad uitam
eternam acquirendam sufficere Ioannes scri-
bit, ad hanc scripturam Christus quāren-
tem de ratione salutis remittit, hoc uerbum
Lucas se summa cum diligentia scripsisse af-
firmat, ad hoc uerbum Elaias eos, qui no-
uas reuelationes quārebant, ablegauit, ad
hoc Christus reuocat miracula quārentes,
habent inquit, Mosen & Prophetas, si eis
non fidunt, nec si quis ex mortuis resurgat,
sunt credituri: Per hoc uerbum Moses man-
dat regibus, ut Deum timeant, ex hoc uerbo
iubet sacerdotes iudicare, postremo ait, hoc
sit ante oculos uobis descriptum, ut nemo
possit ignorantiae excusari, & coelum atq;
terrā contra nos supremo die testatueros
esse, quod ex industria & uolentes dedamus
nos rursus diabolo, si admittamus aliquam
doctrinam sine uerbo Dei, uel iudicemus
de ipsis uoluntate sine testimonio sacræ
scripturæ. Collegi nunc testimonia ex sa-
cris literis contra crassam illam blasphemii-
am de

am de uerbo non scripto, & addam Patrum sententias, ubi absoluero disputationem de expositione scripturæ.

I A M D E A L I A S E N T E N^T
tia dicendum est, quæ asserit iudicium de ex
positione scripturæ pertinere ad Ecclesiam,
hoc est, ut ipsi exponunt, ad Synodum
& Doctores probatos ab
Ecclesia.

E T si autem quilibet agnoscere modum suæ fidei debet, & audire Ecclesiam, de uerbo Dei monētem, sicut Christus, & Paulus mandant, & præterea magnam referre gratiam Patribus, qui multas scripturæ phrasēs nobis propter linguarum ignorantiam incognitas exposuerunt, nec permiserunt hæreticos pro sua libidine torquere scripturam ad impia dogmata, sed acerrime restiterunt, & eos confutarunt ex collatione scripturarum & manifestis sententijs, tamen procul abest à Christiana modestia, & à mente Christi, & Pauli alienissimum, ut agnoscamus aut amplectamur aliquod dogma hominum authoritate sine testimonio scripturæ, tantum abest, ut eos, qui Apostolorum

lorum & Patrum loca occuparunt, debeamus agnoscere pro ecclesia, si non teneant uerbum Dei, uel si contra ipsum definiant.

Debet enim manere semper, & in omnibus iudicij summa authoritas uerbi Dei, a quo Ecclesia suam habet autoritatem, & ex eo de omnibus controversijs doctrinæ est pronunciandum, iuxta præceptum Moysi, Deut. xviiij. quod Christus confirmat, cum ait: Sermo quem locutus sum, iudicabit eos in nouissimo die. Et Paulus: Si quis aliud Euangelizauerit, anathema sit. Huc pertinent illa, quod tibi præcipio, hoc tantum facito Domino, et non addetis uerbum quod loquor uobis. Item: Si quis non maneat in doctrina Christi, uel aliam affert, ne recipiatis eum in domū, nec aue ei dicatis &c.

Nam si liceret quibuscunq; quantalibet sanctitate & eruditione præcellentibus, uel ipsis etiam Synodis Episcoporum expone re scripturam pro arbitrio, non reddit ratione suæ sententiae ex manifesta scriptura possent hoc prætextu nouos subinde fidei articulos facere, quoties noua consilia eis in mentem uenirent, & torquere scripturam ad suas cupiditates, & in summa tot absurdia hanc assertionem consequuntur, quot priorem

priorem à tergo comitabantur Blasphemiam, ut propositis aliquot exemplis, non erit difficile demonstrare.

1. Origenes exponit illam Pauli sententiam: Arbitramur iustificari hominem absq; operibus legis, de Ceremonijs. Et hanc interpretationem Scholæ magno consensu sequuntur:

2. Tertullianus damnat secundas nuptias, propterea quod non licet fratri uxori ducere. Nam omnes, inquit, Christiani sunt fratres.

3. Communis expositio est illius præcepti Apostolici: Episcopus unius uxoris uis sit, id est, ne bigamus admittatur ad officium, uel is, qui uiduam duxit ante sacerdotium, sed qui uirginem habuit, & iam est cœlebs. Alij ad pluralitatem beneficiorum referunt, quasi uero uxor significaret sacerdotium.

4. Hyeronimus contra Iouinianum argumentatur: Bonum est mulierem non tangere, igitur coniugium est malum.

5. Pontifex sic ratiocinatur: Translato sacerdotio, necesse est ut legis quoq; translatio fiat, igitur ad me pertinet condere nouas leges, quibus teneantur Christiani sicut Iudei
Mose

Mōse præscriptis. Et in summa quicquid est abusuum, & manifestæ idolatriæ in doctrina Ecclesiastica, defenditur ex Patrum commentarijs, & expositione scripturæ.

Citant pro inuocatione sanctorum, & adoratione imaginum illud ex Psalmo: Laudate Dominum in sanctis suis, quasi uero nulla esset laus Dei in sanctis, nisi per eorum inuocationem, & manifestam idolatriam in cultu imaginum. Item ex Iob quinto cap. allegant illud: Voca, si quis est, qui respondeat, & ad aliquem sanctorum cōuere, igitur inquiunt, licet inuocare sanctos,

Ec cum reuincuntur ex manifesta scriptura suæ impietatis & inscitiæ. Nam alter locus in Hæbreo est. **חֲלֹלוּ אֶל בְּסָרֶשׁ** Laudate Dominū in sanctuario suo, & alter **קְרַא נָא חִישׁ עֲנָד רָאֵל מֵי מִקְרָשִׁים** Nomina obsecro, quis est tibi conferendus, & compara te ad aliquem sanctorum. Hic statim se defendunt per auctoritatem Ecclesiæ, allegant pro imaginibus septimam Synodus habitam Niceæ, ubi decreatum fuit imagines retinendas esse in Ecclesia, tanquam libros laicorum. Et cum huic opponitur concilium 330 Episcoporum, quod Constantinus Bizantiū habuit, in quo

F imagines

Imagines sunt abolitæ . Respondent hœc concilium non tanti momenti esse , quantum est concilium Romæ celebratum à Pontifice . Sic sit, ut expositio scripturæ , quæ deferebatur iudicio Ecclesiæ , & multitudinis ad arcenda petulantia ingenia , & ne singuli fanatici torquerent eam ad impia dogmata , unius tandem Pontificis arbitrio & cupiditatibus seruiat , isq; pro mulierculæ benevolentia , quo uelit uertat . Nam Synodus Nicena hæc septima , ad petitionem Irenæ Reginæ , quæ uolebat imaginem beatæ Mariæ coli , & mulieres habere deam , sicut uiri Deum Christum habent , celebrata est à Pontifice . Sic nulla est creatura Dei , nihil tam bene constitutum à Deo , quo non abutatur diabolus ad prouocandam Dei iracundiam & hominū perniciem . Sed quomodo abutatur diabolus nomine & authoritate Ecclesiæ , statim post dicā , illud primo admonere uolui . Patres omnes ac singulos quantumcunq; sanctos , & doctos habuisse sua errata , & facile intelligi potest ex libris retractationum Augustini omnium facile doctissimi , quid sentiendum sit de aliorum tam uastis uoluminibus , qui nihil recantarunt . Sunt igitur errata in patribus , ut nemo diffite tur , &

tur, & alijs alijs periculosius & perniciosius errabant, ut Origenes, Tertullianus, & Cyprianus, qui palam impias opiniones defendebant. Alij paleas, fœnum, & stipulam inuexerunt in Ecclesiā, & admiscuerunt expositio[n]i scripturæ, sed tamen præcipuos articulos fidei incontaminatos tenuerunt. Vt rorūmq[ue] structura ruet ad magnam illam tempestatem, de qua Christus in Matheo loquitur: Et exurentur paleæ, cum reuelatus fuerit dies Domini, ab illo igne, de quo Hieronimas ait: Nunquid uerba mea sicut ignis? &c. Et de humanis doctrinis inquit: Quid paleis cum tritico? &c. Paulus hanc metaphoram de paleis & igne à Propheta mutuatus est, sicut reliquias suas Prophetias de clâ dibus Ecclesiæ & Antichristo, ac reditu Iudeorum ad fidem &c.

Sed postquam Pontifex summum locū occupauit in Ecclesia, & delatum est ipsi iudicium de patribus & Synodis, hic totam religionem ad suas cupiditates attemperauit, & indulxit Sophistis ac monachis torquentibus scripturam, & Patrum errata allegantibus ad quælibet dogmata statuenda, quæ πρὸς τὰ ἀλφιτα facere uidebantur, & conferre ad ipsius potentiam augendam, cum

F. n. istis

istis collusit & reposuit ipsis dignam gratiam, eorum sectas & dogmata pro sua auctoritate confirmabat, & retulit libros eorum in canonem & Catalogum doctorum Ecclesiæ, ut controversiæ religionis de expositione scripturæ ex ipsorum placitis iudicarentur. Nec enim in hac discordia orbis, & miserrima dissipazione Ecclesiæ quicq; remittere uult, aut condonare tranquillitati publicæ, aut pereuntibus animabus, nec Synodum cogi sinit, nisi deferatur iudicium ipsi à iuratis, & ex canonibus pronunciatur. Sed si iudicium de controversijs sit penes hanc Ecclesiam, frustra nitit, & nihil praeter odium querere, extremæ dementiæ est, eritq; consultissimum, ut etiam nos adulteretur diabolo, grassanti in Ecclesia per imp̄iſſima dogmata, & crassissimam idolatriam. De poenit. purgatorijs non esset magna res, cum possit Pontifex facere nobis hanc gratiam, ut liberet inde per indulgentias, de inferno tantum sumus solliciti, utrum portas clavium istuc extendatur, sicut allegant: & portæ inferi nō prœualebunt aduersus eā.

Sed Christus ait Lucæ ix. Quem mei, meorumq; uerborum puduerit coram hominibus, pudefiet ipsius filius coram patre suo.

Et rur-

Et rursus Math. x. Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram Patre meo, & angelis Dei, & clare pronunciat nos ex sermone quem ipse locutus est iudicandos fore, & damnatosabituros in ignem eternum & infernum inferiorem, ex quo nulla est redemptio. Hę tam durę comminationes nos reclamare cogunt, & perturbare pacem huius Ecclesiæ, quæ audet aliquid contra uerbum Dei statuere, etiamsi seditionis & heretici dicamur, quod palam audire ipsa morte longe est acerbius, sed consolatur nos Christus, qui ait: Hęc prædixi uobis, ne offendamini, cum extra congregationem uos ejuscent, & uenerit hora, ut omnis qui uos interficit, arbitretur se obsequium prestare Deo. Scimus hęc non tantū ad Apostolos, sed ad eos etiā, qui in his postremis sunt temporibus peritnere, propterea quod Christus ait: In fine mundi futuram huiusmodi tribulationem, qualis non fuit à condito mundo. Durius profecto nobiscum nunc agitur ꝑ cum Apostolis, quandoquidem diabolus ijs permisit, ut dicerentur Christiani, & pro Christo pati, quod plenum erat consolacionis, sicut Lucas scribit: Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni

F ij habitu

habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati. Nobis multo acerbissimum est, quod dicimur comburi pro diabolo, sed nos nouimus ipsius sophisticam, & Christum pre dixisse, quod sub suo nomine occupaturus esset summum locum in Ecclesia, & seductus orbem, paucis excepris, qui haberentur pro catharmatis & peripsematis, id est, pia culis mundi, & tam paucos ueniente Christo retenturos esse fidem, ut ipse præ admiratione exclamat: Putas quod filius hominis inuenturus sit fidem in terra, cum aduenierit? Nec dubium est, quin haec ipsa, que nunc se uocat Ecclesiam, secura tum sit futura, sicut ipse clare uaticinatus est, cum ait, sicut fuit in diebus Noe, ita erit in aduentu filij hominis. Non potest Christus uenire, quamdiu isti haeretici, qui reclamant & perturbant Ecclesiæ tranquillitatem, sunt superstites.

Hæc tam multis uerbis dixi, ne terreantur prij ad fulmina uerborum, & Sophisticam diaboli. Ecclesia non est ex successione, testulo, potentia, opibus, & hominum opinionibus cognoscenda, alias habet notas, crucem, quia oportet nos conformes fieri imaginis filij Dei, & omnes qui pie uolunt uiuere

uiuere, persecutionem patientur. Hęc crux non est accersita, ut illa monachorum, sed nobis multum renitentibus imposita, quis non malit florere & regnare cum Episcopis, & postea cum Christo, si utruncq; possit nobis contingere: sed arcta est uia, quę ducit ad uitā, & pauci sunt, qui ingrediuntur, certenon essent pauci, si omnes qui uiuunt sub obedientia Romani Pontificis, & ipsius prescriptis saluarentur. Ecclesia Christi semper fuit pusillus grex, etiam in eo numero, quae dicebatur ecclesia, neq; unquam Ecclesia hos pro suis agnouit, ut de Prophetis Christus concionatur: Ecclesia cognoscenda est ex uerbo Dei, sicut Christus ait: Oues meę uocem meam audiunt, qui agnoscunt aliam doctrinam, quam eam quae est à Christo in Euangeliō tradita, non pertinent ad Ecclesiam, quia oues Christi non audiunt uocem alienorum, sed fugiunt ab ihs. Hoc facit nos etiam fugere à doctrinis hominum.

Sed scio quid opponant, si cuilibet licet exponere scripturam, tunc infinita erit licentia petulantibus ingenij torquendi scripturam, & contemnendi Ecclesiam. Imò Ecclesia nihil aliud erit quam res publica Platonica, et imaginaria tantum, frustra igitur Chri-

F iiiij. stus

stus præcipit audire Ecclesiam, & Paulus si-
ne causa mandauit: ut prophetæ duo, aut
tres loquantur, cæteri iudicent, si iudicium
sit penes multitudinem,

Respondeo: Semper fuit aliqua Ecclesia,
& cœtus piorum in mundo, qui tenuerunt
purum uerbum Dei, qui fuerunt audiendi,
quod uerbū docerent, nō propter suam au-
thoritatē, sed propter ipsum, à quo habebat
authoritatem, uerbum. Sed ista ecclesia sem-
per oppressa fuit à malis, & à multitudine,
quæ tenebat titulum & authoritatem Eccle-
siæ, sicut Christus ait falso Ecclesiæ: Væ uo-
bis, qui occiditis prophetas & sapientes qui
ad uos mittuntur, ut ueniat super uos om-
nis sanguis iustus, qui effusus est super ter-
ram, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinē
Zachariæ filij Barachiæ. In morte Abelis
cœpit pugna Ecclesiæ, & durabit usq; ad iu-
diciū, neq; pijs aliud expectandum erit,
quam quod Abeli, Prophetis, Christo, A-
postolis et Martyribus est factum, sed in hac
pugna supermanet mirabili uictoria Chri-
stus, qui per suam & suorum mortem mun-
dum cum suo principe diabolo uincit. No-
lite inquit metuere: ego uici mundum. Nō
est igitur Ecclesia respublica Platonica ima-
ginaria

ginaria, sed hic cœtus piorum, qui retinet
uerbum Dei, & fuerunt semper aliqui boni
doctores in ecclesia, quanque sere tam pauci,
ut uix Ecclesia potuerit agnosc*i*. Tempore
diluuij fuerunt tantū octo anim*e*, ut Petrus
testatur, & in maxima illa multitudine po-
puli Israelitici, que Deum de cœlo loquen-
tem audiuit, duo tantum, Josue & Caleph
retinuerunt inconcussam fidem. Tempore
Heliæ uere uidebatur Platonica politia, cū
is diceret: altaria tuā euerterunt, & prophe-
tas tuos occiderunt, & relictus sum ego so-
lus, & querunt animam meam. Tempore
Hieremij, Rex & populus cum sacerdoti-
bus contendebant se esse Ecclesiam, & legem
non perituram à sacerdote, necque templum
Domini destruendum, cum uociferarentur
templum Domini, templum Domini, tem-
plū Domini est, et propterea se opponebant
Hieremij, & deriserunt ipsius prophetiam,
ac combusserunt librum. Ecclesia Christi
cœpit in præsepi, & fuit ualde exigua mul-
titudo pastorum, senis Iosephi, Mariæ, &
tamen hanc miseram multitudinem ange-
li agnoscent pro Ecclesia, & canunt eis su-
os hymnos, cum summi sacerdotes, prin-
cipes, & populus dormirent non tam som-

F v no for

no sopia, quam sepulti infidelitate. Tenebat tum princeps mundi suum atrium in pace, sed ubi fortior em se ingressum esse uidit, continuo furebat, & occidit infantes. Non fuit haec immanitas in humana natura, sed est crudelitas Diaboli, quae ab illo tempore semper crevit, & augetur ad diem usq*ue* iudicij. Quare certum est istuc Christum non esse, ubi diabolus non exercet tyrrannidem & crudelitatem. Cum Ecclesia est pacata, in pace sunt omnia, quae possidet ille fortis armatus, & Christus ex Iudea rursus fugit in Aegiptum, uel in aliquem angulum cogit mulierem illam in Apocalypsi discede re usq*ue* ad préinitum tempus, quo rursus aciem instruat contra castra diaboli ex misericordia & desperatis hominibus, quibus nulla spes reliqua est, mundum meliorem futurum, sed Antichristum magis, magisq*ue* subinde grassaturum esse in Ecclesia usq*ue* ad extrellum iudicium, ijs miseris & desperatis dat Christus audaciam allatrandi diabolū, & arguendi eum de impudentissimis ipsius mendacijs, quibus homines perdit. Quare necesse est eum furere, maxime sub finem mundi, & cum detracta fuerit ei larua hypocriseos, & conficiendus est spiritu oris Christi, hoc

stī, hoc est, ipsius uiuo uerbo, quod diuidit etiam carnalem animam, & hominem animalē ex sua sapientia iudicantem à spiritu Dei, & spirituali homine, qui de omnibus iuxta uerbum Dei iudicat.

Judicium de expositione scripturæ est penes Ecclesiam, est penes synodum & Patres, Episcopos & Pontificem, quando suam sententiam confirmant ex manifesta scriptura & uerbo, per quod oportet totam Ecclesiā iudicari die supremo, & per quod necesse est nos nunc iudicare de Ecclesia. Non aperitur fenestra, uel licentia petulantibus ingenijs ludendi pro sua libidine in scriptura, sed præcluditur iter audaciæ & impudentiæ Antichristi, qui obtrudit impia dogma ta sine scriptura. Non dominantur Episcopi nostræ fidei, sicut Paulus ait: & seipsoſ ri dendoſ exponunt, cum proponunt noua dogmata sine authoritate scripturæ, & irritant uehementia ingenia, tantum abest, ut pacatas reddant cōſcientias, uel hac ratione existimant restituī posse pacem Ecclesiæ.

Maximam iniuriam faciunt Patribus, qui dicūt eos hoc docuisse, ut interpretibus, uel Synodis fidere debeamus sine scriptura, sicut ex ipſorū clarissimis testimonijſ monſtrabo

strabo. Recens est hæc Sophistica, Patribus & Synodis ignota

Constantinus Magnus, qui primus dota uit Ecclesiam, & summam ei authoritatem atq; maxima priuilegia tribuit, & quem nostri hodie Episcopi pro Christianissimo Imperatore agnoscunt. Plane refutauit hoc mendacium in Nicena Synodo, cum omnium Episcoporum consensu. Huius uerba sunt Euangelici & Apostolici libri, nec non antiquorum Prophetarum oracula, plane instruunt nos quid de uoluntate Deisentimus. Quare hostili posita discordia, sumamus ex dictis diuini spiritus quæstionum explicationes. Quare constat totius tum ecclesiæ fuisse sententiam, in omnibus controuersijs de expositione scripturæ ex scriptura pronunciandum esse, & ex manifestis & claris locis eos refutandos, qui minus claros ad impia dogmata torqueant. Non fuit tam impudens Arrius, ut auderet suum dogma obtrudere Ecclesiæ sine authoritate scripturarę, sed contendebat Athanasium & alios non recte exponere scripturam. Et refutatus est, atq; conuictus non authoritate Athanasij & aliorum Episcoporum, uel potentia Imperatoris, sed ex manifestis scripturis.

Illustris

Illustris est hæc Cypriani sententia de auctoritate scripturæ, & quantum patribus sine scriptura pronunciantibus sit tribendum. Mandant martyres aliquid fieri, si iusta, si licita, si non contra Dominum, a Dei sacerdote facienda sunt, si obtemperantis facilis & prompta consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri, sed si scripta non sunt in Domini lege, quæ mandant, ante est, ut sciamus illos de deo impetrasse quod postulant, et tunc facere quod mandat. Nec enim potest statim uideri de diuina maiestate concessum, quod fuerit humana pollicitatione promissum. Ita martyres nihil possunt, si Euangelium solvi potest, aut si Euangelium non potest solvi, contra Euangelium soluere non possunt, qui de Euangeliō martyres sunt. Et hic gloriosissimus martyr & Episcopus clare affirmat nullum dogma recipiendum esse in Ecclesia propter Episcoporum auctoritatem, aut martyrum sanctitatem sine scriptura, sed oportere eos probare suam doctrinam ex uerbo Dei, priusquam hanc Ecclesiæ proponant. Quare constat eos, qui hanc tribuunt Ecclesiæ & Patribus auctoritatem statuendi aliquid citra scripturam, & de-

& definiendi de controuersijs religionis sine uerbo, manifestam facere iniuriam ueteri Ecclesiæ, cum hanc ei nouam effingunt Sophisticam. Et quid potest clarius dici in hac causa, quam quod supra ex Petro citauit, quod prophetica scriptura, cui nos auscultare iubet, & ad quam uult omnes omnium doctrinas examinari, non sit *ἰδίας ἐπιθέλλουσα* ex nostra interpretatione, aut conferenda sit hominum commentarijs. Omnino uult haec duo distincta esse, sic ut iudicem, & causam iudicandam, ut lucem & tenebras illuminandas, non facit priuatam aut propriam nostram interpretationem iudicem scripturæ, sed contra scripturam iudicem facit priuatæ interpretationis. Non ait interpres tribuere lumen propheticae scripturæ, sed contra prophetam scripturam esse laternam, qua discutiuntur tenebræ in priuatis interpretationibus.

Virulenta igitur diaboli calumnia est, qualucidum uerbum Dei suarum tenebrarū proprio epitheto, obscuritate deformat, ait enim scripturam tam obscuram esse, ut intelligi non possit sine Patrum commentarijs, & expositione Ecclesiæ, & tam ambiguam, ut possit trahi ad omnes hæreses confitmandas.

mandas. Diaboli hæc mēdacia sunt, & atro-
cissima Dei iniuria, quid potest Spiritui san-
cto contumeliosius obijci, quam detrahere
eius scriptis præcipuum omnis orationis
virtutem perspicuitatem? Quod maius con-
uicium Christo obijci, quam eum tam ob-
scure dixisse nobis de uoluntate Dei, ut po-
tuerit eadem ratione se in cœlo continere.
Hæc est gratia, quam diabolus nos referre iu-
bet Christo, pro sua incarnatione & prædi-
catione Euangeli. Sic cōfert ille hostis Chri-
sti, & noster acerrimus omnia conuicia in
Christum & ipsius uerbum, in quo solo no-
stram lucem, uitam, & salutem consistere in-
telligit, ac propterea omnes querit calum-
nias, ut hoc nobis excutiatur, & reddat omni-
no odiosum. Hanc diaboli sophisticam nō
deprehendunt increduli, sed adorant pro cœ-
lesti sapientia, adeo, ut ubiuis gentium audi-
as scripturam & uerbum sic de honestari,
quod faciant hæreticos, & ille dignus sit ca-
pitali supplicio, qui nouum Testamentum
audet circumferre sua patria lingua. Et Re-
ges in hac sunt persuasione, quod gratum
Christo præstent sacrificium, cum exurunt
ipsius uerba, ad quæ manifestanda homini-
bus nostram miseram mortalitatem induit.

O extre-

O extrema tempora, & horribilem cœcitatem. O crudele facinus, & atrocissimam blasphemiam.

Sed cum diabolus iam nomen Christi, locum, & officium ad se rapuerit, & curet se Deum dici, & suam doctrinam uerbum nō scriptum, nihil mirum est, quod transferat suæ doctrinæ epitheta obscuritatem & ambiguitatem in Euangelium, & obtinuerit, ut sua dogmata clara & firma dicantur, quæ lucem afferant scripturæ, & illustrent hoc te nebricosum uerbum Dei. Ipsius inquam Sophistices, & fallaciarum propria epitheta sunt obscuritas & ambiguitas. Ipse est princeps tenebrarum & mendaciorum pater, qui cœlestem illam lucem in mente primi hominis lucentem tam clare, ut imago divinitatis mentis in ea luceret, & homo uere ad imaginem Dei factus diceretur, extinxit, aut certe sic obscurauit per peccatum, ut multo magis diaboli ingenium, quam Dei imaginem referamus, sed splendor ille paternæ gloriæ, et χαρακτὴρ ὑποστορεως ἀντοῦ τουτουσις Adamum uiuificat, & lumen in ipsius mente de novo accendit dicta ad eum dulcissima uoce de semine mulieris, quod deberet caput serpentis cōterere. Inde usq; ab hac uoce luxit illa

illa lux in tenebris , & subinde nouas scintillas lucis per Patriarchas & Prophetas spar sit in mundo , sicut diabolus continuo post conatus est illam lucem , & fidem uenturi se minis obscurare & abolere .

Diaboli responsa semper obscura & ambigua fuerunt , sicut indicant Apollinis oracula , sic illum decepit cui ait : Κροῖσος ἀλυψίας μεγάλην δεχόμενα λύσει , & aliū simili fallacia perdidit , cui respondit : Aio te Aiacida Romanos uincere posse . Sic lusit cum muliere in paradiſo , quando promisit ei scientiam boni & mali , quam illa de divinitate intellexit , non de scientia misericordiae & perpetuae damnationis experientia : Propriū est diaboli mentiri & occidere , ad quæ maxime ualent ambiguitas , & obscuritas . Dei proprium est docere ueritatem , & uiuificare , quibus maxime cognata sunt lux , & certitudo , uel animus fiducia firmus , diaboli prima & præcipua suggestio est , ut de uoluntate Dei , & de ipsius uerbo dubitemus , ut sic intus , & in animo faciamus Deum mendacem . Contra uerbi dei propria actio est , certos nos reddere de bona uoluntate Dei erga nos , & ut tribuamus Deo gloriari ueritatis .

G Christus

Christus & Prophetæ uerbum Dei uocant ueritatem, uiam, lucem, & uitam. Sic Christus : Ego sum uia, ueritas, & uita: Ego sum lux mundi, qui ambulat in tenebris, nescit quo uadit.

Diabolus contra uocat uerbum Dei obscurum & ambiguum, quod errare facit homines à uera fide, & ducit ad æternam mortem. Christus ait : Manifestaui nomen tuum hominibus. Diabolus inquit, Euangeliū non est manifestum, sed obscurū. Christus ait : Vae uobis Scribæ & Pharisei, qui tulistis clauem scientiæ, & clausistis regnum cœlorum ante homines. Diabolus contra maledicit ihs, qui ausi sunt legere scripturam sine commentis, & comburit sacros libros. Dauid ait : Vestibulum uerborum tuorum illuminat, & dat intellectum paruulis. Diabolus contra : Scriptura non pertinet ad populum, quia non potest intelligi propter obscuritatem. Rursus Dauid : Lex Domini pura conuertens animas, testimonium domini certum, sapientiam præstans paruulis, Justitiae Domini rectæ, letificantes corda, præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Diabolus contra : Scriptura est tenebrosa, perueriens homines, testimonium Domini est am-

est ambiguum, quod insanire facit illiteratos. Ad hæc Dauid ait: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Non, inquit Diabolus: Tenebræ sunt, & caligo sacræ literæ sine canonibus Pontificis. Ioannes ait: Deum nemo uidit unquam, unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Nō, inquit diabolus, sed querere oportet enarrationes alias, & alios enarratores. Petrus ait: Benefacitis qui auscultatis scripturæ, quæ est uelut laterna lucens in tembroso nocte. Malefacitis, inquit ille, qui attingitis scripturam, sed consulere debetis Decreta & Decretales.

Paulus ait: Persiste in sacris literis, quæ te possunt eruditum facere ad salutem per fidem, & ad omne bonum opus paratum.

Nequaquam inquit Satan, Sufficiunt ad salutem sine articulis fidei constitutis citra scripturam à Synodis, & sine bonis operibus post mortem Apostolorū excogitatis.

Christus ait: Vos amici mei eritis, si facietis quæ præcipio uobis.

Contra Pontifex suas traditiones mandat sub poena indignationis Dei omnipotentis & maledictionis æternæ.

Christus ait: Ego sum lux mundi.

G ï Non

Non inquit Pontifex, sed duo sunt lumina in mundo, Papa & Imperator.

Postremo Pater bis de cœlo locutus ait: Hunc audite,

Contra Pontifex, non tantum Christus est audiendus, sed quicquid definuerit Vicius eius.

Maxima inter hos duos Principes lucis, uitæ, & ueritatis: tenebrarum, mendaciorum & mortis concertatio est, quæ cœpit unâ cum mundo, & usq; ad finem eius durabit. Non est Deus tam admirandus propter maiestatem, qua infinitum supra omnem creaturam, et eius intellectum eminet, quam propter humilitatem, qua se infra omnem creaturam demittit. Huc pertinent illa: Humiliauit seipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Hac humilitatem diabolus despexit, & consilus sua sapientia, potentia & splendore contempsit filium Dei, qui se submittere uoluit ad hominum captum, infirmitatem & miserias. Proinde post ipsius casum pugnauit cum Christo per potentiam, sapientiam & splendorem, ac speciem. Econtra Dei filius obiecit ei infirmitatem, stulticiam et misericordiam. Superbo dæmoni uidetur stulticia, quicquid

quicquid est in scriptura, de humilitate,
& miseria filij Dei, & propterea arrogat sibi
maiestatem summam ex potentia & sapien-
tia, ac splendore, sed hæc ipsius sapientia, tan-
dem apparebit stulticia, hæc ipsius poten-
tia, extrema miseria, & hic splendor summa
obscuritas, & caligo mortis atq; tenebra-
rum, cum uiceuersa hæc Christi infirmitas
ad summam perueniet maiestatem, hæc stu-
ticia ad ipsissimam Dei sapientiam, & ipsi-
us miseria ad lucem illam inaccessibilem.

Sed quorsum hæc inquies? quia in scri-
ptura se filius Dei ita demittit, ut uere possit
agnosci artifex in opere, nihil est in ea suca-
tum, sed clare & simpliciter & familiariter,
ac humanis uerbis dictum, adeo, ut filius
Dei se Gallinæ, & inferioribus rebus com-
paret, non est genus orationis superbum,
splendidum, uel pro maiestate obscurum,
sed breue, leue, simplex, & subrusticum, & si
malis puerile & plane uulgare, nec melius in-
telligitur ab ullis, quam à plebeis, & miseris
hominibus, & tunc maxime quando sunt
comprehensi in summa miseria, lucent hæc
in scripturis, ubi uerbum ludit cum pastori-
bus & agricolis, non ingreditur urbes, & Re-
gum palatia, sed uenit ad Abraham fugien-

G ij tem

Item è Babylone, & cum Iacobo pascente greges loquitur. Item cum Mose & Dauide pastoribus, & Christo nato mittuntur Angeli ad pastores, & ipsum uerbum incarnatum discipulos elegit pescatores, & per hos curauit spargi Euangelium in orbe afferens simplices, & pauperes (quos diabolus nunc arcit ex industria à sacris libris) aptissimos esse ad intelligendum & docendum Euangeliū. Aristoteles, Demosthenes, Cicero, Lukanus, Galenus, & in summa omnes sapientes mundi, hoc pedestre genus orationis, figuratas tam humiles, et res ipsas deriserunt tanque summam stulticiam, sicut Paulus queritur ad Corinthios: Non sunt aspernati scripturam sapientes & facundissimi uiri propter maiestatem orationis, sed propter humilitatem, & ut eis uidebatur, rusticam dictiōnem. Est igitur scriptura plane familiaris, & ad pescatorum, cerdonum, sartorum, rusticorum, & insimæ plebeculæ captum accommodata. Ad hos proprie scriptura pertinet, sicut Christus gratias agit patri: quod prudentibus & sapientibus hæc abscondit, & reuelarit paruulis. Imò sapientes & prudentes hanc felicitatem rident, quia diabolus superbus facit eos confidere huic suæ sapientiæ.

Sapientiae, & contemnere scripturam propter facilitatem uulgarem. Inseuit hoc diabolus humanis ingenij, ut ea quæ sunt difficilia, turgida & ambigua admirentur & collant, similes habent labra lactucas, & simile gaudet suo simili. Huiusmodi est diaboli ingenium, & hanc sui imaginem pro Dei similitudine nobis impressit.

Impudens igitur est diabolus, qui audet scripturam traducere difficultatis, & incertitudinis, cū sit facillima, clarissima & firmissima, imò sola clara & firma, ac ipsa claritas, lux, & certitudo, cui collatæ omnes humanæ doctrinæ, & dictiones obscuræ, ambiguæ & uanæ sunt, imò uanitas sunt & mendaciū, somnia & deliramenta, paleæ & quisquiliæ, aut si quid est magis, inutile & uanū.

Huc pertinent: Est autem Deus uerax, omnis homo mendax. Item uere mendacium coluerunt patres nostri.

Item: Omnis caro sœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri; Verbum autem Domini manet in æternum.

Item: Quid paleis cum tritico? dicit Dominus, an non uerba mea sunt ueluti ignis, & quasi malleus conterens petram cordis humani?

G iiiij Item

Item : Qui habet somnium, narret somnum, & qui habet uerbum meum, recitet sermonem meum uere.

Veritas, certitudo, & firmitas uerbi Dei, in causa sunt, quare diabolus Deum insimul ambiguitatis, falsitatis, & malicie. Claritas, perspicuitas, & facilitas, cur filium Dei accuset ignauiae, obscuritatis & inertiae. Copia, exuberantia, & repetitiones crebre, cur ignorantiae, negligentiae, & malae fidei. Volumuntas Dei, fides, & salus nostra paucissimis constat, quae Deus à condito mundo toties repetiuit, inculcauit, declarauit, & ab humanis doctrinis, & diabolicis mendacij vindicauit : ut neque præceptor neque pater hanc curam suscipere, neque tot molestias deuorare deberet. Dedit principio unum tantum mandatum, id est non de re graui aut difficulti, sed de non commedendo uno genere pomi. Hoc mandatum cum præuaricati essemus, bonitas Dei considerans nos pro inuidia, & sollicitatione diaboli nunquam seruatum iri per obseruationem præceptorum, addidit Euangelium deuenturo semine mulieris, quod cōtereret caput serpentis, & nos à morte, & tyrannide diaboli liberaret.

Ecce in hoc uno sita est salus humani generis,

neris, de hoc uno articulo tam copiose, & toties monet per totam scripturam noui & veteris testamenti. Interim legem naturæ scriptam in mente hominis, & in duobus præceptis, de dilectione Dei, & proximi, comprehensam subinde inculcauit, illustrauit & exposuit, propterea, quia diabolus per peccatum hanc obscurasset, & propemodum extinxisset in mente hominis.

Sed initio humani generis lucebant illa duo præcepta in mente hominis, sicut in capite duo oculi, & in coelo duo illa lumina-
ria, Sol & Luna. Illa duo oculi erant men-
tis humanæ, quorum unus Deum conside-
rabat, & alter aspexit proximum, hic Deo
gratiam referebat, alter propter Deum iuuabat proximum, et se huic idem tribuebat, qua-
tenus potuit creatura conditorem imitari,
quod se Deus nobis, hoc est, defensorem, ad
iutorem, monitorem, parentem &c.

Hanc legem, haec præcepta, uerbum Dei
quod locutus est ab initio cum Adamo pro-
pter amorē, quem habuit erga genus huma-
nū, & quem suo tempore declaratus erat
per mortem, cum uideret Cain solicitari a
diabolo ad parricidium, rursus inculcat di-
cens, cur concidit uultus tuus, nonne si bene

G v feceris

feceris recipies, & si male, quiescet peccatum tuum, donec reuelabitur ad iudicium :

Sed quanta est potentia, & tyrannis diabolii per peccatum, per quod ducit, trahit, et impellit quasi nolentes uel nescientes homines ad ea scelerata perpetrandam, quae postea cum considerant, ipsis ad suam maliciam inhorrescunt, non fuit tanta malicia in illa humani generis prestanti natura, & recens condita, nec postea fuisset, nisi incitata fuisset a diabolo, hic apparet quam seuum sit toxicum peccatum originis, quod sapientes homines nunc extenuant, & negant esse peccatum. Sed quam late serperit hoc uenenum, breui tempore, & quanta eius uis fuerit, ut tantum non extinxerit illud lumen in toto genere humano, uiuente adhuc Adamo & reclamante, manifeste monstrat diluuium. Non destituit Deus interim homines suo uerbo. Imò uerbum Dei hanc tum curam gerebat humani generis, ut mitteret ad eos Prophetas, sicut Iudas in Epistola meminit de prophetia Enoch septimi ab Adam: quae clare minatur impijs: Videbat uerbum Dei, quod homines ad ipsius uocem, quando cum Adamo & Cain loqueretur, expauescerent tanum, & fugerent ab eo, tanquam

quam à seuero iudice & tyranno non amplecterentur, nec exoscularentur, quasi seruatum & promissum semen, ideo ne eos perterefaceret, locutus est postea cū eis per homines prophetas. Sed preualuit malicia peccati, & peruersit in omnes homines diffidētia, & lux illa fidei ac promissionis de uenturo semine, remansit tantum in octo animabus, cum quibus Deus rursus pactus est, & promissionē renouauit. Sed post ducentos quadraginta annos lux illa fidei, & promissionis Dei, de suo uerbo mittendo ad liberacionem generis humani excidit hominibus, & remansit tantum fides in Thare familia, & in domo Abrahæ, ad quem Deus rursus clarelatus est, in ipsius semine benedictum iri omnes gentes. Luxit tum aliquandiu fides promissionis, & descendit Iacob in Aegyptū, sicut Christus etiam statim ut exhibitus est, fugit in Aegyptū, & sicut Ioseph Patriarcha, docuit Aegyptios de fide, & signaculo fidei (sicut Paulus ad Romanos iiiij. uocat) Circumcisione, quam soli inter omnes gentes retinuerunt, ut testatur Herodotus, ita curator Christi Ioseph eis de Evangelio, & præsente Christo prædicauit. Sed post quadringentos triginta annos

lux

lux fidei, & legis etiam noticia sic in huma-
nis mentibus extinctæ sunt, ut necesse fuerit
Deum suo digito legem scribere in tabulis
lapideis, & ante oculos corporis propone-
re, ut homines sic admoniti ad mentem reu-
carent illam lucem ante in mentibus scrip-
tam & lucentem, hinc sunt illæ Philosopho-
rum sententiæ, nihil est in intellectu, quod
prius non fuit in sensu, tanta esse cæcitas hu-
mani generis, ut uix scintillam illius diuinæ
lucis in mente creatu uideat, aut meminerit.

Et cum Legis doctores & sacerdotes iterū
lucem fidei extinguerent, & docerent homi-
nes per opera legis iustificari, uel illius legis
sacramenta, & sacrificia iustificare ex opere
operato, ut loquuntur: misit Deus Prophæ-
tas, qui hunc errorem corrigerent, & tan-
tum obiurgarent hanc Caininam hæresim,
ut etiam dicerent Deum non mandasse de il-
lis operibus, de quibus tamen extat manife-
stum uerbum Dei: hinc sunt illæ uoces, quo
mihi multitudinem uictimarum uestrarū
dicit Dominus, plenus sum holocaustū, ari-
etum, & hircorum, & agnorum. Item: Non
mandauit patribus uestris de sacrificijs &c.
sed uoluit significare Deus, se tantum irasci
iniuriæ factæ semini promisso, in quo bene
dicun-

dicuntur omnes gentes, ut malit omnia sacrificia & sacramenta in totū omitti, quam honorem hunc Christo debitum transferre ad quælibet opera diuinitus etiam præcepta. Verum ut est in Proverbio : Semper deterior sequens ætas. Successerunt ihs Pseu doprophetis Scribæ & Pharisei, qui humam salutem non tantum in operibus Legis, uerum etiam in traditionibus Patrum, & operibus sine uerbo excogitatis ponebant. Sed Christus pro ihs commentarijs imprecatur ipsis inferos cum ait: Væ uobis Scribæ & Pharisei, qui tulistis clauem scientiæ, & clausistis regnum cœlorum ante homines. Hæc uerba pertinent ad omnium temporum commentarios. Eadem enim est diaboli malicia omni tempore, & maior potentia sub finem mundi, multo maior etiam est ignorantia & peruersitas in fecibus generis humani, quam ante, cum natura esset integrior & uiuacior.

Quod si tanta fuit diaboli potentia in prima sobole generis humani, ut unum ex duabus filijs cogeret occidere, alterū pro doctrina fidei, sicut Paulus ad Hebr. xi. declarat: Quousq[ue] putamus hanc Caininā maliciam & diabolicam opinionem de dignitate optimarum

marum frugum, & præstantia operis opera-
ti præ agnicolis illis honorum operum, que
infirmæ uel imperfectæ, uel uix editæ offerun-
tur in fide esse progressam? Viuētibus Apo-
stolis, hęc doctrina de iustificatione fidei est
corrupta per nouos Antichristi ministros,
qui uolebant etiā uocari apostoli, & transla-
ta est pars iustificationis iterum ad opera,
quare necesse fuit Paulum scribere nouos
commentarios ad Romanos & ad Galatas,
de uero legis & Euangelij intellectu, ac pro-
bare ex manifesta scriptura, omnes esse reos,
nullum satisfacere legi, uel placere Deo per
opera, sed gratis iustificari per fidem & re-
demptionem, quæ est in Christo Iesu. De
hac sententia retinenda, & cauendis Pseudo
prophetis, qui sub specie pietatis hanc ipsi-
us uim & efficaciam fidei negarent, & trans-
ferrent rursus ad opera, Paulus diligenter
monet Ecclesiam in omnibus Epistolis.

Sed Origenes securus inter ceteros erro-
res, ueterem hæresim reuocauit de iusticia
operum, & exposuit Paulum de Cerimo-
nijs tantum loqui, non de moralibus. Hanc
crassam ignorantiam rursus refutauit Au-
gustinus de spiritu & litera, sed tamen apud
Sophistas & sacerdotes, uicit uetus hæresis,
donec

donecueniret magnus Antichristus, qui gloriam semini mulieris, & uerbo incarnato debitam transferret, non iam ad opera moralia legis, sed ad humanas traditiones, & doctrinas dæmoniorum de coniugio, & cibis interdictis, de humanis satisfactionibus per opera indebita, uel ut uocant, supererogationis, & uota monastica, ac indulgentias, de sacrificio Missæ, & oblatione pro uiuis & mortuis, de inuocatione & meritis sanctorum, ad redimendas animas ex purgatorio, & ad placandam iram Dei pro peccatis hominū, de cultura & idolatria in adoratione imaginum, & peregrinatione ad mutas statuas. Jam contentio est pro ihs impiissimis & blasphemis dogmatis, & pro ihs producuntur patres, & allegatur Ecclesiæ authoritas, & fulminantur illæ sententiæ, quæ ad ue ram Ecclesiam pertinent. Pro hac summa Sathanæ synagoga & schola, ad hanc Ecclesiam alligamus Christum, & Spiritum sanctum, hos non posse errare affirmamus, ihs permittimus potestatem iudicandi de scriptura, & rei ciendi Euangeliū, tribuimus ipsis autoritatē mutandi decalogi, instituendi sacramenta, condendi nouos articulos fidei citra scripturam, & pro suo arbitrio

trio. O horribilem blasphemiam, & inauditam cæcitatem!

Non sunt isti Christi Ecclesia, quamuis titulum & ordinariam sibi potestatem uin dicent.

Non sunt ex ouibus Christi, quantumuis glorientur se esse Apostolorum successores.

Ecclesia non est regnum mundanū, quod successione deriuatur ad posteros, alioqui fu issent uera Ecclesia, quos Christus uocat filios diaboli, quandoquidem gloriantur se non esse nothos, sed legitimos Abrahæ filios, & Christus clare fatetur: Scribas & Phariseos fuisse filios ac successores Prophetarum. Ecclesia est fundata super uerbo Dei, & Christo angulari lapidi inædificata, uel super sermone gratiæ Dei de illo semine benedicto extructa. Oues Christi uocem ipsius audiunt & sequuntur, agnoscunt & intelligunt ipsius uerba, & discernunt inter ea & doctrinas hominum. Oues Christi non agnoscunt uoces alienorum, non sequuntur nec obseruant eorum prescripta.

Christus ait, qui habet uerba mea, et seruat ea, ille est, qui amat me.

Paulus ait, si quis aliud Euangelizauerit, anathema sit.

Ioannes

Ioannes ait: Si quis in doctrina Christi non continet se, sed diuersam assert doctrinam, non recipiat eum in domum, neque aue ei dicatis.

Petrus iubet ut exigamus omnium doctrinam ad scripturam Spiritus sancti, & memores simus uerborum Domini, et Apostolorum. Paulus definit Ecclesiam ad Ephesios: Ecclesia est congregatio, quam sanctificat Christus per lauacrum aquæ in uerbo uitæ. Quare constat uerbum Dei esse uitam, & quasi animam huius Ecclesie, & eam sine uerbo esse mortuum corpus.

Nec aliter definit Augustinus, cum ait: eam esse, quæ tenet uerba sui capititis Christi. Quæstio inquit est, ubi sit Ecclesia, quid ergo facturi simus in uerbis nostris, an in uerbis capititis Domini nostri Iesu Christi quæremus? Puto quod in illius uerbis quærere debemus, qui ueritas est, & optime nouit corpus suum. Ad eundem modum Paulus ad Ephesios ait: Ecclesiam hos esse, qui ædificantur super fundamento Apostolorum, & Prophetarum in ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo inquit, omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum Domino. Sic ad Timotheum dicit:

H. Ecclesiam

Ecclesiam esse eolumnam ueritatis, quæ sci-
licet in uerbo sustinet fidem, & seruat ipsius
puritatem , ac mysteria fidei & sacramenta,
in pura conscientia, & iuxta Christi institu-
tionem, sicut ipse iste loquitur . Huius Ec-
clesiæ notæ sunt, non opes, potentia, autho-
ritas, ordinaria potestas , dignitas , grandes
tituli, sed est pusillus grex miserorum & pau-
perum esurientium & sitiuentium , nudo-
rum, incertis sedibus uagantium , & mor-
ti ac lanienæ destinatorum , quos potentes
& sapientes, qui se uocant Ecclesiam pro ma-
ledictis, & excrementis mundi , ac piaculis
habent , sicut Prophetæ , & Christus , &
Apostoli eam depinxerunt . Et Paulus que-
ritur ad Corint . Arbitror quod Deus nos,
qui sumus postremi Apostoli, spectaculum
fecit mundo , tanque morti adiudicatos &c.
Magna cōsolatio fuisset pijs mentibus, cum
pro Christo moriendum erat , si permisisset
eis diabolus , ut dicerentur ad Ecclesiam per-
tinere , sed hoc durissimum ijs fuit , & ipsa
morte acerbius, quod pro seditionis, & ha-
reticis interficerentur . Diabolus semper
plus nocuit Ecclesiæ per sophisticam, quam
per tyrannidem . Bone Deus, quam multi
adiunxissent se Prophetis , Christo & Apo-
stolis,

stolis, si non timuissent ejici extra Synagogam. Quam multi sunt hodie Nicodemi, qui non audent palam loqui de doctrina iustitiae fidei propter metum Sacerdotum, intellexit Christus hanc esse grauissimam contentionem, ideo de ea nominatim monet in Ioanne: Absq; Synagogis facient uos &c.

Hæc sophistica diaboli, qua se Deum uocat, suam blasphemiam uerbū Dei non scripsit Antichristum uicarium Christi, & caput Ecclesiæ, suos pseudoprophetas successores Apostolorum, suam Synagogam Ecclesiam Christi, nocentissima est, & multo perniciosior, quam aperta tyrannis & crudelitas, & mirum in modum absterret homines, ne se adiungant uerę Ecclesiæ, quæ est oppressa forma crucis, & ualde despecta, sicut David queritur: Quām multum repleta est anima nostra obprobrio, cum sumus ignominiae diuitibus, & despectui superbis. Contra Episcopī florent & regnante, habent authoritatē, potentia, honores, opes & per has deuinctos sibi potentes, & studia multitudinis, ordinariā potestatē, & titulos magnificos, perseguuntur & proscribunt, & occidunt pro hæreticis pios nullo reclamante, sed cū principiū ac populi applausu.

Hij Hic

Hic opus est firma consolatione ex sacris literis, & sciendum Ecclesiam non esse ex ijs notis, sed uerbo Dei cognoscendam, ut ante satis monuimus.

Quare non terreamur ijs tonitruis & fulminibus uerborum, obediendum est Ecclesiæ, qui non audit Ecclesiam, sit tibi ueluti Ethnicus & Publicanus. Ecclesia non potest errare, quia regitur à Spiritu sancto &c.

Nam ut fateamur hæc uerissima esse, ita nihil ad eos pertinet, sed ad hos qui habent & tenent purum Dei uerbum, & administrationem Sacramentorum iuxta institutionem Christi. Ipsi manifestam scripturam reiiciunt & damnant, & nos propter ueram doctrinam Euangelij persequuntur, ac inuertunt nobis, cum persequuntur & occidunt ueras notas Ecclesiæ, quare iustissime hæc in ipsos retorquemus, & dicimus eos esse à Deo maledictos & blasphemos, qui audient impudenter asserere, Ecclesiam posse mutare mandata Dei, Sacraenta instituere, & condere nouos articulos fidei sine uerbo, ac renegare Euangelium, & conculcare, sicut iam ex urunt sacrosancta Biblia.

Nam quod aiunt Ecclesiam abrogasse præceptum de Sabbato, meræ inscitiae est commentum

commentū, ut Scholaſtici etiā docent. Necq; enim genus, quod in hoc præcepto contineatur, est abrogatum, quod quidem est principalis summa huius præcepti, & continet causam finalem hujus legis, & institutæ speciei, Species uero abrogata est. Deus enim semper requirit conseruationem Ceremoniarum, ſicut eas præcipit, & uult ut ſint alii qui dies destinati Ceremonijs & ministerio uerbi, hoc genus est immutabile, & eſt ſententia principalis huius præcepti, ſed ſpecies, ut septimus dies obſeruetur, abrogata eſt, quia Christiani ſunt liberi à ceremonijs Moſaïcis, ad Colloſſ. ij.

Non minor etiam impudentia, quam impietas eſt, quod dicunt Apostolos mutasse formam Baptiſmi, quia baptizabant in nomine Christi, & in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: quia Christus ab ihs requirit hanc confessionem. Et Ioannes ait: Qui conſitetur Iesum Christum eſſe filium Dei, iſ habet Patrem, & Filium. Et refutauit hāc calumniā Ambroſius primo libro de Spiritu sancto, ubi ait: Si fide mysterium trinitatis tenetur, & una tantum nominetur per ſona plenum eſt Sacramentum.

H ij Dear.

111 DE AVTHORITATE

DEarthculis sine scriptura factis ab Ecclesia, magna impietas est, non solum stulticia, asserere Ecclesiam posse constituere articulum fidei sine scriptura. Nam Paulus manifeste ait: Fides est ex auditu, auditus autem per uerbum Dei. Et Scholaftici omnes in ore habent obiectum fidei esse ueritatem reuelatam à Deo, contentam in canone Biblię. Quare magnam iniuriam faciunt & patribus & Scholafticis, ut post dicam. Summa blasphemia est, quod Cochleus ait, articulum trinitatis non posse probari ex scriptura: & id etiam falsissimum est, quod impudenter asserit Ecclesiam fuisse ante uerbum. Cum enim fides Ecclesiam faciat, et fides uerbo nitatur, manifestū est etiam ecclesiā ipso uerbo, seu fundamento niri, sed somniat ineptus homo ante Mosen non fuisse uerbum, nec uidet à diabolo excæcatus, Mosen scriptisse de uerbo Dei dicto ad Adam, de uenturo semine benedicto: quod caput serpantis contereret: non intelligit hoc uerbum, & huius uerbi fidem constituere Ecclesiam, & satis apparet, quod contra conscientiam scribat, cum Mose meminerit libri bellorum Domini, & Iudas prophetiæ Enoch. Quare manifestum est etiam ante Mosen fuisse scripturam.

scripturam, ex qua ipse ea, quæ eius tempora præcesserunt, exscripsit.

Quod allegant Christum promisisse spiritum sanctum perpetuo Ecclesiæ affuturū, ut inducat eam in omnem ueritatem, agnoscō argumentum Roffensis, quo probat credendum esse patribus, sicut Apostolis. Sed hæc ipsissima hæresis est Manichea, quam refutat Augustinus in libro contra Epistolam fundamenti. Nam Manicheus ante Iudas hæreses præfatur se esse Apostolum Christi, & prouidentiam patris, ac per hoc contendit sibi credendum esse sicut Apostolis. Huic responderet Augustinus: se non receptum nouum uerbum, aliud ab eo, quod est traditum ab Apostolis, & receptum ab Ecclesia. Huius uerba sunt, lib. iij. cap. v. Contra epistolam fundamenti.

Distincta est à posterioribus libris excellētia catholicæ authoritatis ueteris ac noui testamenti, quæ Apostolorum confirmata temporibus per successiones Episcoporum, & propagines Ecclesiarum, tanquam inde quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis, & pius intellectus, ibi si quid uelut absurdum mouerit, non licet dicere, author huius libri non tenuit uerita-

H. iiiij. tem,

tem, sed aut codex mendosus est, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opusculis aut posteriorum, quae libris innumeris continentur, sed nullo modo sacratissimae canoniarum scripturarum excellentiae coæ quantur, etiam in quibuscunq; eorum reputatur eadem ueritas, tamen impar est authoritas. Itaque si quæ in ijs à uero dissonare uidetur, liberum erit lectori iudicium, quo uel approbet, quod placuerit, uel improbet, quod offenderit.

E T C O N T R A E O S Q V I O B
 trudebant Manichæi dogmata sine scriptura, obijcit illa ipsa uerba pro authoritate scripturæ, quæ Sophistæ nunc pro uerbo non scripto, & authoritate Ecclesiæ contra scripturam obijciunt,

Evangelio, inquit non crederem, nisi ad id me cōmoueret Ecclesiæ Catholicæ autoritas, quibus ego obtēperauidicentibus credite Euangeliō. Cur non obtemperarē dicentibus, nolite credere Manicheo. Hic apertus dicit se non habiturum fidem Manicheo, aut ipsius uerbo, quasi scripture, propterea, quod

quod scriptura anteab Apostolis fuerit ab omnibus libris distincta, & ipsis uiuentibus confirmata, ac postea ab omnibus in Ecclesia sine ulla contradictione recepta. Quare manifestum est, eos esse falsarios uerborum Augustini, & citare hæc contra conscientiam pro uerbo non scripto, & hominum doctrinis citra scripturam, contra quæ ex diametro pugnant hæc uerba Augustini. Nam ipse manifeste prohibet ullam doctrinam in Ecclesia recipi, quasi sit uerbum Dei, aut conferendam cum scriptura, quæ non sit confirmata Apostolorum temporibus, & recepta in Ecclesia pro uerbo Dei, & liberum cuiq; facit omnem aliam doctrinam rejicare, si non placuerit, ut ex testimonio iam adscripto est manifestum.

Hanc esse sententiam Augustini, uenerabilis Gerson affirmat, & refutat eorum impudentiam, qui tribuunt potestatem Ecclesiae iudicandi de Euangilio, & condendi articulos fidei sine scriptura, huius uerba sunt lib. ij. de uita spirituali.

Ex istis deducitur, quod maior fuit Ecclesiae primitiæ autoritas, quam nunc sit Papæ & Episcoporum, & quod non est

H v in po-

in potestate concilij , aut Ecclesię mutare traditiones datas ab Euangelistis, et paulo post sicut quidam delirant , nec habent , quo ad hoc, quod est facere aliquod esse pure de fide, parem authoritatis firmitatem . Licet enim ipsorum institutiones in dubium vocare . Et hic aperitur modus intelligendi illud Augustini : Euangelio non crederem, nisi me compulisset authoritas Ecclesiæ . Ibi dem enim sumit Ecclesiam pro promitiua congregatione fidelium illorum , qui Christum audiuerunt & uiderunt , & eius testes fuerunt . Ecce habes ueram sententiam illorum uerborum Augustini , Euangelio non crederem, ex Gersone .

Idem ad Tertullianum, quem citat de prescriptionibus haereticorum dicentem , quod cunctus est primum , id rectum esse, adulterium uero , quod posterius . Est respondendum, haec uerba pugnare pro authoritate scripturæ contra omnes posteriores doctrinas, & uerbum non scriptum , ut uocant . Nam disputatio erat de doctrina Manicheorum recipienda pro scriptura , & pro uerbo Dei . Hoc contendebant Cerdon, Marcion, Præxeras , cum quibus Tertulliano res erat, sed respōdet se non uelle stare præscriptionibus haereti-

hæreticorum, nisi admitterent scripturā totam receptam ab Ecclesia, & agnoscerent auctoritatem Ecclesiæ testificantis de scriptura. Valet enim testimonium Ecclesiæ, ut testimoniis Apostolorum in dogmatibus, quæ uolebant esse firma & perpetua, non in traditionibus, quas non optabant æternas, sed tantum temporarias. Nec enim quisquam nunc obseruat traditionē Synodi Apostoli ei de non commedendo sanguine, & suffocato. Quare facile est judicare de alijs traditionibus sine scriptura, quas auunt ab Apostolis profectas esse. Et Cyprianus breuē sententiam, sed firmam de omnibus huiusmodi traditionibus profert. Non hominum inquit consuetudinem, sed Dei ueritatem sequendam esse, nec curandum quid homines ante nos senserint, sed quid Christus ante omnes mandauerit.

Extat pulchra Hyeronimi sententia de scripturæ perspicuitate, & auctoritate, quæ summam meæ assertionis, & totius huius disputationis continet, quam pro conclusione adscribam.

Domi-

Dominus narrauit in scripturis Princium, & populorum, qui fuerunt in ea. Quare inquit, nullius hominis, quantumuis sancti, aut docti scriptum habet authoritatem, quia Dominus narrauit in scripturis populorum, & principum. Populorum inquit: quia scripturæ sunt totius populi, & non tantum sacerdotum, et totus populus scripturam legere potest. Et Principum qui fuerunt in ea, fuerunt inquit, & non sunt, aut erunt in ea, ut praeter Canonicam scripturā Prophetarum & Apostolorum: quos princepes uocat, nihil habeat authoritatem. Eadem est ipsius uulgata sententia, quicquid ex scriptura authoritatem non habet, eadem ratione contemnitur, qua probatur. Hæc eorum argumentis breuiter respondi ex patribus, ut p̄ij intelligent, eos iniuriam etiam sanctis Patribus facere, & hanc recentem esse Sophisticam de uerbo non scriptio, & authoritate Ecclesiæ. Neque enim Diabolus tum suis uiris bus tantum sidebat, & erat adhuc religatus Christi sanguine recēs effuso, per cuius mortem delusa est omnis ipsius sapientia, & uires prostratae, sed finitis illis Mille annis in Apocalypsi, solutus est Satanás, & grassatur in Eccle

in Ecclesia pro sua libidine, & sequit crudelius, quam unquam antea, sicut Christus, & Prophetæ uaticinati sunt: densissimas tum futuras tenebras, et altissimam noctem, cum dies Domini uenisset. De nocte infidelitatis Apostoli loquuntur, sicut ipsi declarant, & Christus ipse dicens: Filius hominis cum ueniet, putas inueniet fidem in terra? Et rursus: Sicut fuit in diebus Noe, ita erit in diebus illis, quando uenturus est filius hominis. Mirabilis est hominum cœcitas, cum audiunt has prophetias tam claras de excœcatione mundi, & sepultura fidei, atq; Ecclesiæ, tamen secure sibi persuadent florentem hanc multitudinem Regum, Principum, & episcoporum pertinere ad ecclesiam. Christus ait: Sicut fuit in diebus Noe, quando tantum octo animæ erant sivecles, sic futurum ante iudicium. Sed deludit nos diabolus expectatione unius Antichristi, quem ipse confinxit similem illi Iudeorum Messia, quem ipsi expectant, hunc Rabini somniant cum regia pompa uenturum & occupaturum orbem terrarum, atq; restituturum Iudeis regnum, & terram promissionis, deletis gentibus. Doctores nostri depinxerunt Antichristum ex Monacho & Moniali gignendum, & ui coactur

ui coacturum Pontificem , Episcopos , &
Principes ijs addictos, ad abnegandum no-
men Christi . Sed Christus longe alium de-
scribit, qui sit in nomine ipsius uenturus, &
uocaturus se Christū . Hanc excæcationem
acceptam ferre debemus Episcopis & Mo-
nachis , quibus deferebamus scripturæ in-
terpretationem & iudicium de expositio-
ne scripturæ . Et recte nobis contigit iuxta
prophetarū, Christi, et Apostolorum uatici-
nia, quia timuimus Deū doctrinā, & man-
datis hominum , quia somnia hominum
æquauimus & prætulimus uerbo Dei, quia
doctrinam Christi nobis non sufficere pu-
tauimus . Quia Christi patrem de cœlo mo-
nentem : hunc audite, contempsimus , quia
in sacrī literis, ut Paulus iussit, non perste-
timus, quia non complexi sumus ipsam ue-
ritatem, sed nos ab ea abduci , auelli, abstra-
hi, & omni uento doctrinę circumferri pa-
tiebamur uolentes . Ideo perit sapientia à
sapientibus , & intellectus prudentium est
obtenebratus , ideo reiecit nos Deus , sicut
ante propter eandem causam Iudæos . Ideo
Pontificem suo nomine uenientem, hoc est,
qui suorum tantum iuratorum habet suf-
fragia, & nullum ex uerbo Dei testimonium
recipimus.

recipimus. Ideo immisit nobis Deus efficaciam illusionis per miracula mendacia, id est, ad hoc ædita, ut confirment mendacia contra uerbum Dei, ut credamus mendacijs, & damnemur iusto Dei iudicio, quia non credidimus ueritati, sed cōsensimus iniurianti.

Hec manifeste predixerunt Prophetæ de sua ecclesia, quæ quia semper eadem est, idem uerbum habet, eandem fidem, eundem hostem, qui h̄īsdē artibus nos oppugnauit, qui bus ante Iudeos, & tandem excēcauit, ideo Christus & Apostoli ueterem Prophetiam de cladibus Ecclesiæ & Antichristo Iudeorum Antiocho ad nostram ecclesiam accommodarunt. Sic Christus prophetiam Danielis, quam Iudei per Antiochum completam experti sunt, ad Antichristum nostrum accommodat. Sic Paulus ipsa uerba Danielis, qui extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut colitur, quæ de Antiocho etiam accipienda esse Angelus ait, exponit de Antichristo nostro. Sic Petrus ait: Fuerunt Pseudoprophetæ in populo, sicut in uobis erunt magistri mendaces.

Hæc qui intelligunt, non dubitant etiam quin illa Esaiæ Prophetia ad nos pertineat, capite xxix, quia timuerunt me mandato homi-

hominum & doctrinis. Ecce ego addam ut faciam admirationem populo huic miraculo grandi, & stupendo, peribit enim sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium eius abscondetur. Quare nihil mirum est, quod homines nunc satis mirari nequeant, cur ausi sumus dicere tam doctos, & prudentes uiros errare, quales illi pro defendendis erroribus, & impijs dogmatibus producunt. Hieremias xxij. Quia dixistis sermonem istum: Onus Domini, & miseri ad uos dicens: Nolite dicere onus Domini, propterea ecce ego tollam uos portans, & derelinquam uos &c. Christus ait: Ego ueni in nomine patris mei, & me non receperitis, si ali uenerit in nomine suo, illum accipietis. Paulus in hanc sententiam: Ideo immittet eis Deus efficaciam illusionis, ut credat mendacio, & condemnentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniustitia. Hæc est merces nostræ diffidentiæ, audacie & contemptus uerbi, ac facilitatis et stulticie, atque amentie credendi doctrinæ hominum.

Profecto, ut semel dicam, quo sæpe me cum cogitaui, diabolus nulla unquam arte potuit magis nocere Ecclesiæ, neque facilius nobis excutere sacros libros de manibus, & per id excep-

Id excæcare nos, & pro sua libidine grassari
in Ecclesia, quam hominum scriptis hanc
conciliando authoritatem, ut non solum
æquarentur, sed præferrentur sacris libris;
Iactata fuit apud omnes gentes sententia,
scripturam sine Patrum expositione facere
hæreticos. Hinc factum est, ut populo inter
diceretur sacris libris, tanquam præsenti ue
neno, & statim hæreticus diceretur ab omni
bus, qui textū Euangeliū haberet. Hanc dia
boli imposturā multi adhuc Reges & popu
li pro religione colunt, quibus etiam est per
suasum, fidem nostram in patrum & docto
rum ab Ecclesia Romana approbatorum
scriptis querendam esse, & scripturam Apo
stolorum & Euangelistarum per eorum scri
ptores fore iudicandam. Quomodo enim
Antichristus perrumpere melius, & sua men
dacia pro uerbo Dei uenditare facilius pota
it, quam eorum scriptis hanc deferendo au
thoritatem, ex quibus hæreses omnes colla
gi possunt, & defendi. In confessio sunt Ci
priani, Origenis, Tertulliani errores, qui ne
quaquam fuerunt de numero indoctorum,
sed omnium eruditissimi & sanctissimi, &
facile intelligi potest ex retractationibus Au
gustini, qui plus quam reliqui eruditionis,
& mi-

& minus errorum habuit, quid de alijs sensiendum sit, qui nihil recantarunt, in tam vastis uoluminibus? Viderunt Pontifices paratissimam fore viam ad decipiendum similem populum abuti patrum autoritate ad sua placita statuenda, minusque fraudem perspici posse, si in eos quos uulgas propter eruditionem & sanctimoniam suspiceret, reuiceretur. Hinc sunt haec lachrimae de Ecclesia, & Patrum autoritate contempta, non quod ipsi Patrum scripta, quatenus eorum ambitionem, luxum, libidines, & tyrannidem reprehendunt, uel assis quidem faciant, sed quia ad stabiliendam eorum potentiam, opes, & autoritatem ualere iudicantur. Sed nos debemus Deo maximam gratiam, qui rursus nobis aperuit oculos ad uidendum hanc Sathanam imposturam, & reuocauit ad suum uerbum, quod ita nunc illustrat, ut ipsi mirari satis non possimus
 in quantis tenebris fuerimus. Deus nobis hanc lucem diueruet, & augeat
 Amen.

F I N I S.

ARGENTORATI APVD CRA
TONEM MYLIVM AN.
M. D. XLII.
MENSE SEPTEMBRI.

1414 C77
OCN 1337156389

